LE

OPERE POSTUME

DI

VITTORIO ALFIERI

VOLUME XIX

BRESCIA

PER NICOLÒ BETTONI

MDCCCX


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

SALLUSTIO

LA

GUERRA DI GIUGURTA

TRADOTTA

DA

VITTORIO ALFIERI

COL TESTO A FRONTE

PARTE PRIMA

BELLUM

JUGURTHINUM

I

Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbecille, atque aevi brevis, sorte potius, quam virtute, regatur. Nam contra reputando, neque majus aliud, neque praestabilius invenias, magisque naturae industriam hominum, quam vim, aut tempus deesse. Sed dux, atque imperator vitae mortalium, animus est: qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque, et clarus est, neque fortuna eget, quippe quae probitatem, industriam, aliasque artes bonas neque dare, neque eripere cuiquam potest. sin captus pravis cupidinibus, ad inertiam, et

LA GUERRA
DI
GIUGURTA

I

A torto si dolgono gli uomini d'essere, per la debile loro e poco durevol natura, più da fortuna che da virtù governati. Che all'incontro, chi bene investiga nulla troverà di più grande, di più eccellente, che la nostra natura; a cui l'industria bensì, ma non la forza vien meno, nè il tempo. Scorta e signore della mortal nostra vita è la mente; questa, ove alla vera gloria pel sentier di virtù c'indirizza, più che bastante riesce a renderci forti ed illustri; questa non ci sottopone alla sorte, la quale a niun uomo l'onestà l'industria od altro pregio può dare, nè togliere. Ma, se da prave voglie signoreggiati, all'ozio

voluptates corporis pessumdatus est : perniciosa lubidine paullisper usus ; ubi per socordiam vires , tempus , ingenium defluxere , naturae infirmitas accusatur: suam quippe culpam actores ad negotia transferunt. Quod si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena, ac nihil profutura , multum etiam periculosa petunt ; neque regerentur magis , quam regerent casus ; et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus, gloria aeterni fierent.

II

Nam uti genus hominum compositum ex corpore, et anima est, ita res cunctae, studiaque omnia nostra , corporis alia , alia animi naturam sequuntur. Igitur praeclara facies, magnae divitiae , ad hoc vis corporis , et alia omnia hujuscemodi brevi dilabuntur ; at ingenii egregia facinora , sicuti anima , immortalia sunt. postremo , corporis et fortunae bonorum , uti initium, sic finis est ; omniaque orta occidunt, et aucta senescunt. animus incorruptus, aeter-

alle voluttà vilmente serviamo; se a poco a poco, pel non adoprarle, la forza e le doti dell' ingegno si scemano, e il tempo ne manca; cagione de' danni nostri noi stessi, vogliam pure noi la innocente natura incolparne. Che se gli uomini con tanta intensità alle vere cose attendessero, con quanta le fallaci le inutili e spesso le perigliose ricercano, reggerebbero essi la Fortuna, non ella loro; ed a quella grandezza perverrebbero, che immortal gloria procaccia ai mortali.

II

Anima e corpo l'essenza dell' uom componendo, le cose sue tutte dalla natura dell' uno o dell' altra derivano. Le gran ricchezze perciò, la bellezza, la forza, e altri simili pregj del corpo, in breve tutti svaniscono: ma i felici sforzi dell' ingegno riescono, siccome l' anima loro madre, immortali. I beni in somma della sorte, siccome hanno principio, hanno fine: che quanto nasce, tramonta; quanto si accresce, declina Ma incorruttibile ed eterna la men-

nus, rector humani generis, agit, atque habet cuncta, neque ipse habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam aetatem agunt: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium est, incultu atque socordia torpescere sinunt; cum praesertim tam multae, variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.

III

Verum ex his magistratus, et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minume mihi hac tempestate cupiunda videntur: quoniam neque virtuti honos datur; neque illi, quibus per fraudem jus fuit, tuti, aut eo magis honesti sunt. Nam, vi quidem regere patriam, aut parentes, quamquam et possis, et delicta corrigas; tamen importunum est: cum praesertim omnes rerum mutationes caedem, fugam, aliaque hostilia portendant. frustra autem niti, neque aliud, se fatigando, nisi odium quaerere, extremae dementiae est: nisi forte

te, legge dell'uomo primiera, ella opera, regge, soggioga le cose tutte, nè mai a veruna soggiace. Tanto più strana dee quindi parere la depravazion di coloro, che in grembo alle voluttà ed al lusso, infingardi sen vivono; di coloro, che tante e sì varie strade onde chiara fama si ottiene, non calcano; e l'ingegno, quella sovrana dote de' mortali, negletto ed ozioso intorpidire nella doppocaggine lasciano.

III

Vero è altresì, che le nobili arti non mi pajono nei presenti tempi aprir via alle magistrature, ai Consolati, nè ad alcun'altra pubblica cura: poichè nè gli onori son premio della virtù; nè chi fraudolento tutto dì li rapisce, se ne vive perciò più onorato e sicuro. Scabra e pericolosa è l'impresa di governare per forza la patria, o i sudditi; e, bench'ella ti riesca, e ti giovi pur anche, dispiacevole è tuttavia; tanto più nei gran torbidi e novità, in cui le stragi, gli esigli, e mill'altre ostilità si richiedono. Il voler poi cozzar con la sorte, e con penosa ma vana fatica null'altro acquistarsi che l'odio di tutti, ell' è somma

quem inhonesta et perniciosa lubido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari.

IV

Caeterum ex aliis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum: cujus de virtute quia multi dixere, praetereundum puto; simul, ne per insolentiam quis existumet memet studium meum laudando extollere. Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul a republica aetatem agere, tanto tamque utili labori meo nomen inertiae imponant: certe, quibus maxuma industria videtur, salutare plebem, et conviviis gratiam quaerere. Qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratum adeptus sum; et quales viri idem assequi nequiverint; et postea, quae genera hominum in senatum pervenerint: profecto existumabunt, me magis merito, quam ignavia, judicium animi mei mutavisse; majusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, reipublicae venturum. Nam saepe audivi, Q.

insania; e a colui solo concessa, che da prave e disoneste voglie afferrato, la libertà sua e l'onore vilmente sagrifica alla potenza di pochi.

IV

Ma, tra quante altre arti all' umano ingegno rimangono, nè la più nobile havvi, nè la più utile, che quella di scrivere storie. Della di lei eccellenza, poichè da tanti altri innalzata, non parlerò: perchè io stesso innalzandola troppo, di stolta vanità potrei essere tacciato. Nè mancherà chi intitoli ozio questa mia tanta e sì util fatica, per cui dai pubblici affari mi sono per sempre rimosso: taluno forse, che egregia opera reputa il corteggiare la plebe, e il procacciarsene con i conviti il favore. Ma, chi esaminerà in quai tempi a me la magistratura toccasse, a quali uomini negata venisse, di quali si accrescesse il Senato; dirà certamente che io più per virtù, che per insufficienza, cangiatomi di parere, me n' asteneva: e che maggiormente forse fruttava alla patria questo mio ozio, che non di tanti altri il lavoro. Io spesso udii Quinto Mas-

Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere; cum majorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi. scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in sese habere; sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. At contra, quis est omnium his moribus, quin divitiis et sumptibus, non probitate, neque industria, cum majoribus suis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim, et per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia et honores nituntur. Proinde quasi praetura, et consulatus, atque alia omnia hujuscemodi per se ipsa clara, et magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sustinent, virtus est. Verum ego liberius, altiusque processi, dum me civitatis morum piget, taedetque. nunc ad incoeptum redeo.

simo, Publio Scipione, e altri de' migliori nostri, esclamare: Che essi, nelle imagini degli avi mirando, in petto ridestare sentivansi un' ardentissima brama di vera virtù. E la malía non istava per certo nel marmo o nella cera di quelle: la memoria bensì delle tante chiarissime imprese era il possente incentivo, che ne' cuori di quegli egregi uomini sublimava la fiamma divina, fintanto che con le loro virtù la fama e gloria degli antichi agguagliassero. Ma chi, in questi corrotti tempi, chi resta, che cogli avi non in ricchezze piuttosto ed in lusso, che nella industria o nella probità si attenti contendere? Gli uomini nuovi perfino, che prima solevano i nobili in virtù superare, di furto oramai, e più per via di ladronecci che d' arti buone, i comandi e gli onori si arrogano. Quasi che Preture, Consolati, e altri simili incarchi, fossero per se stessi alte cose, e non da chi li riempie ritraessero a vicenda o splendoreod infamia. Ma io, troppo liberamente, com' uomo dei perversi costumi della città tediato e dolente, mi sono dal proposito mio traviato. È di venirvi omai tempo.

V

Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Jugurtha rege Numidarum gessit: primum, quia magnum et atrox, variaque victoria fuit: dein, quia tum primum superbiae nobilitatis obviam itum est. quae contentio divina et humana cuncta permiscuit, eoque vecordiae processit, uti studiis civilibus bellum, atque vastitas Italiae finem facerent. Sed prius quam hujuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam; quo ad cognoscendum, omnia illustria magis, magisque in aperto sint. Bello Punico secundo, quo dux Carthaginiensium Hannibal, post magnitudinem nominis Romani, Italiae opes maxume attriverat; Masinissa rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara rei militaris facinora fecerat: ob quae, victis Carthaginiensibus, et capto Syphace, cujus in Africa magnum, atque late imperium valuit, populus Romanus quascumque urbis, et agros

V

A scrivere mi accingo la guerra dai Romani fatta al Re dei Numidi Giugurta; sì perch' ell' era terribile e varia ed atroce; sì per aver da que' tempi cominciato il popol di Roma a cozzare coll'alterigia de' nobili: funesta contesa, che umane cose e divine sossopra mandando, a tal insania pervenne, che nelle continue civili guerre soltanto e nella desolazione totale d' Italia ebbe fine. Ma prima d'entrar in materia, alcune cose, dalle quali maggior chiarezza per l'intelligenza de' fatti ne può ridondare, ripiglierò da più alto. Nella seconda guerra Punica, in cui Annibale capitano Cartaginese trionfato avea della potenza e delle ricchezze di Roma già fatta sì grande; Massinissa Re dei Numidi veniva ricevuto per alleato nostro da quel Publio Scipione, cui poscia la propria virtù il nome aggiungea d' Affricano. Molti ed illustri servigj avendo prestato Massinissa coll' armi, dai Romani ebbe in dono tutte le città e terre tolte nella guerra ai Cartaginesi, ed a Siface uno dei più estesi e potenti dominatori dell' Affrica, rimasto

manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit: sed imperii, vitaeque ejus, finis idem fuit. Deinde Micipsa filius regnum solus obtinuit, Manastabale, et Gulussa fratribus morbo absumtis. Is Adherbalem, et Hiempsalem ex sese genuit; Jugurthamque filium Manastabalis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos suos, domi habuit.

VI

Qui, ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxume ingenio validus, non se luxu, neque inertiae corrumpendum dedit; sed, uti mos gentis illius est, equitare, jaculari, cursu cum aequalibus certare; et, cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse: ad hoc, pleraque tempora in venando agere: leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, et minumum ipse de se loqui. Quibus rebus Micipsa, tametsi initio laetus fuerat,

lor prigioniero. Utile e verace amico nostro serbossi dappoi Massinissa, finchè terminò con la vita l'impero. Succedevagli il solo suo figlio Micipsa, morti essendo d'infermità i suoi fratelli Mastanabále, e Gulussa. Micipsa, padre di due figli, Aderbale e Jemsale, volle che con eguale magnificenza insieme con essi allevato fosse pur anco Giugurta, figlio d'amore del predetto Mastanabále, e per l'illegittima nascita sua privatamente provvisto dall'avo Massinissa.

VI

Cresceva Giugurta; e forte e bello di giorno in giorno mostravasi, ma vieppiù ingegnoso ad un tempo; nè, dall'inerzia corrotto, nè dal lusso: dandosi, come usa in Numidia, al cavalcare, saettare, e contendere co' suoi coetanei nel corso: e benchè tutti in tai gare sovravanzasse di gloria, a tutti nondimeno era caro. Oltre i predetti esercizj, soleva in lunghe cacce egli primo, o fra i primi, investire leoni e simili fiere: moltissimo oprando, e nulla di se stesso dicendo. Cotanta virtù, benchè da principio

existumans virtutem Jugurthae regno suo gloriae fore: tamen postquam hominem adolescentem, exacta aetate sua, et parvis liberis, magis magisque crescere intelligit, vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suo volvebat. Terrebat eum natura mortalium avida imperii, et praeceps ad explendam animi cupidinem: praeterea, opportunitas suae liberorumque aetatis, quae etiam mediocres viros spe praedae transvorsos agit. ad hoc, studia Numidarum in Jugurtham accensa: ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio, aut bellum oriretur, anxius erat.

VII

His difficultatibus circumventus, ubi videt, neque per vim, neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus, quod erat Jugurthâ manu promtus, et appetens gloriae militaris, statuit eum objectare periculis, et eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Micipsa, cum populo Romano equitum atque peditum auxilia

a Micipsa piacesse, gloriosa al suo regno stimandola, cominciò non ostante a dargli dei fieri pensieri; vedendosi egli invecchiare, ed i proprj suoi figli ancora quasi nell' infanzia, mentre s' iva facendo vieppiù adulto Giugurta. Atterrivalo la natura nostra, cupida per se stessa di dominare, e ardentissima nel soddisfare tal brama: ed inoltre la età sua, e quella de' figli, opportune pur troppo a chiunque mezzanamente pur anche avesse ambito il lor trono: ma, più di tutto atterrivalo l' amor de' Numidi per Giugurta; e l' impossibilità di torselo dagli occhi, senza o farli tumultuare, o apertamente pur ribellarseli.

VII

Da tali ostacoli impedito Micipsa, non potendo nè colla forza nè coll' insidie opprimer Giugurta idolo del popolo, conosciutolo temerario e di gloria militare assetato, pensò di esporlo a pericoli, e dalla Fortuna il suo intento ottenere. Dovendo perciò nella guerra di Numanzia somministrare ajuti di cavalli e fanti ai Romani,

mitteret; sperans vel ostentando virtutem, vel hostium saevitia facile eum occasurum, praefecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat. sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam Jugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, et morem hostium cognovit; multo labore, multaque cura, praeterea modestissume parendo, et saepe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi perveneral, uti nostris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori esset. Ac sane, quod difficillimum inprimis est, et praelio strenuus erat et bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet. Igitur imperator omnis fere res asperas per Jugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti: quippe cujus neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat. Huc accedebat munificentia animi, et ingenii sollertia: quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia conjunxerat.

mandò Giugurta in Ispagna per lor Capitano; confidando, che facilmente, o il di lui troppo valore, o la nemica ferocia, a morte tratto lo avrebbero. Ma di gran lunga contrario alle mire di Micipsa fu l'esito. Instancabile, e ad un tempo stesso astuto Giugurta, esplorato ch' ebbe il carattere di Publio Scipione, duce allor dei Romani; e investigati gli ostili andamenti, con molte cure e fatiche, coll' obbedire a puntino, coll' affrontare i pericoli, sì chiaro in breve rendevàsi, che non men caro ai Romani era fatto, che ai Numantini terribile. Invitto nel campo, assennato in consiglio, due difficilissimi pregj in se stesso accoppiava: nè, perchè i rischj prevedesse, temevali; nè, perchè affrontarli sapesse, temerario sfidavali. Scipione perciò ad ogni più ardua impresa valevasi di Giugurta; e ogni dì più per amico tenevalo, non lo vedendo mai, nè col senno nè colla mano, a vuoto operare. Giugurta inoltre, magnifico, destro, ed accorto, guadagnati si era i più de' Romani.



VIII

Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi, atque nobiles, quibus divitiae bono honestoque potiores erant, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti; qui Jugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant, si Micipsa rex occidisset, fore, uti solus imperio Numidiae potiretur: in ipso maxumam virtutem, Romae omnia venalia esse. Sed postquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, et ipse revorti domum decrevit: donatum, atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in praetorium adduxit; ibique secreto monuit, uti potius publice, quam privatim, amicitiam populi Romani coleret: neu quibus largiri insuesceret, periculose a paucis emi, quod multorum esset. si permanere vellet in suis artibus, ultro illi et gloriam, et regnum venturum: sin properantius pergeret, suamet ipsum pecunia praecipitem casurum.

VIII

Abbondava in que' tempi nell' esercito nostro una gente, che o nobile o nuova foss' ella, più assai le ricchezze apprezzava che l' onestà: torbida al di dentro e potente; appo gli alleati, famosa più che stimata. Accendevano costoro Giugurta, già per natura non umile, promettendogli; che mancando Micipsa, a lui solo toccherebbe la Numidia al di lui valore dovuta, e dai Romani vendibile, come ogni altra lor cosa. Ma, distrutta Numanzia, Scipione risoluto di ripassare in Italia, nel congedare gli ajuti, in pubblico con magnifiche parole laudava Giugurta; poscia in disparte ammonivalo, che apertamente piuttosto si guadagnasse i Romani, che non per occulti mezzi; poco fidasse nella gente da lui comprata, mal si potendo vender dai pochi ciò che era dei molti; appagassesi delle proprie virtù, e gloria e regno aspettasse da esse: altrimenti, pel troppo affrettarsi, precipiterebbe con i suoi doni se stesso.

IX

Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipsae redderet, dimisit. earum sententia haec erat: » Jugurthae tui bello Numantino » longe maxuma virtus fuit: quam rem tibi » certo scio gaudio esse. nobis ob merita » sua carus est: ut idem senatus, populoque » Romano sit, summa ope nitemur. Tibi qui- » dem pro nostra amicitia gratulor. en habes virum dignum te, atque avo suo Masinissa ». Igitur rex, ubi ea quae fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognovit, cum virtute, tum gratia viri permotus, flexit animum suum; et Jugurtham beneficiis vincere aggressus est: statimque eum adoptavit, et testamento pariter cum filiis heredem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo, atque aetate confectus, cum sibi finem vitae adesse intelligeret, coram amicis, et cognatis, itemque Adherbale, et Hiempsale filiis, dicitur hujuscemodi verba cum Jugurtha habuisse.

IX

Così favellatogli, accomiatollo con lettera per Micipsa, il cui tenore era questo. » Il » tuo Giugurta nella guerra di Numanzia » prodigioso valor dispiegava: il che ti sarà » certamente gratissimo. Egli, pe' suoi servigj » m'è caro; sarà cura mia, che tale pure ei » riesca al Popolo e Senato Romano. Teco » pell' antica nostra amistà mi congratulo » di un nipote così degno di te, e del- » l'avo suo Massinissa ». Accertato dunque il Re dalla lettera di Scipione, che la fama dicea vero, e vincendolo oramai la virtù del nipote e il favor di un tant' uomo, si arrese. Onde, per emendare coi benefizj le persecuzioni, adottò egli Giugurta, e parimente co' proprj suoi figli erede chiamollo del regno. Quindi a pochi anni, estenuato per malattie e vecchiaja, Micipsa vedendo appressarsi la morte, presenti gli amici, i parenti, e i figliuoli, dicesi che a Giugurta così favellasse.

X

*» Parvum ego te Jugurtha, amisso patre,
» sine spe, sine opibus in meum regnum
» accepi, existumans non minus me tibi,
» quam liberis (si genuissem) ob bene-
» ficia carum fore. neque ea res falsum
» me habuit. Nam ut alia magna, et egre-
» gia tua omittam, novissume rediens Nu-
» mantia, meque regnumque meum gloria
» honoravisti, tuaque virtute nobis Ro-
» manos ex amicis amicissumos fecisti;
» in Hispania nomen familiae renovatum
» est: postremo, quod difficillumum in-
» ter mortalis est, gloria invidiam vicisti.
» Nunc, quoniam mihi natura finem vi-
» tae facit, per hanc dextram, per regni
» fidem moneo, obtestorque, uti hos,
» qui tibi genere propinqui, beneficio meo
» fratres sunt, caros habeas: neu malis
» alienos adjungere, quam sanguine con-
» junctos retinere. Non exercitus, neque
» thesauri, praesidia regni sunt, verum
» amici; quos neque armis cogere, neque
» auro parare queas: officio et fide pariun-*

X

» Io te fanciullo, o Giugurta, te orfano, » senza facoltà senza speranze, raccolsi, met- » tendoti a parte del regno: stimai con tal bene- » ficio appo te meritare, come se vero padre ti » fossi. Nè m' ingannai; poichè ogni altra tua » chiarissima impresa tralasciando, nella Nu- » mantina guerra pur dianzi finita, me e il mio » regno colmasti di gloria; ai Romani, che già » c'erano amici, col tuo senno e valore ci ren- » desti amicissimi; lo splendor prisco del nome » nostro risorgere nelle Spagne facevi; e, ciò » che più raro dagli uomini ottiensi, con la tua » gloria soggiogavi la invidia. Io, per legge in- » evitabile di natura, mi muojo: per questa » destra dunque, e per la sacra corona, te pre- » go e scongiuro, che cari tu abbi costoro, a te » di sangue congiunti, e per adozione fratelli; » e che fra stranieri cercarti gli amici non » vogli, anzichè questi, a te per sangue già » tali, serbare. Sostegni dell' impero non sono » gli eserciti, non i tesori, ma gli amici bensì: nè » questi con l' armi a forza si acquistano, nè » coll' oro si comprano; ma co' servigj e colla

» *tur. Quis autem amicior, quam frater*
» *fratri? aut quem alienum fidum invenies,*
» *si tuis hostis fueris? Equidem ego re-*
» *gnum vobis trado firmum, si boni eri-*
» *tis: si mali, imbecillum. Nam concordia*
» *res parvae crescunt, discordia maxumae*
» *dilabuntur. Caeterum ante hos, te, Ju-*
» *gurtha, quia aetate, et sapientia prior*
» *ès, ne aliter quid eveniat, providere*
» *decet. Nam in omni certamine, qui*
» *opulentior est, etiam si accipit injuriam,*
» *tamen, quia plus potest, facere videtur.*
» *Vos autem, Adherbal, et Hiempsal,*
» *colite, observate talem hunc virum;*
» *imitamini virtutem, et enitimini, ne ego*
» *meliores liberos sumsisse videar, quam*
» *genuisse.* »

XI

Ad ea Jugurtha, tametsi regem ficta locutum intelligebat, et ipse longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio justa magnifice fecerant, reguli in unum convenerunt, ut inter se de

» fede procacciansi. Ora, qual havvi amistade
» maggiore, che di fratello a fratello? E qual
» troveresti fedele fra gli esteri, inimicando tu
» i tuoi? Io lascio a voi stabile regno, se uniti;
» ma, se disgiunti vivrete, cadente. I piccoli
» imperj, per la concordia si accrescono; per
» la discordia, rovinano i massimi. A te, Giu-
» gurta, di età e di senno maggior de' fratelli,
» a te più che a loro si aspetta il provvedere
» ai disastri e ovviarli: che in ogni contesa
» il più potente, abbench' ei sia l'assalito, par
» nondimeno egli sempre l'assalitore. Ma voi,
» Aderbale e Jemsale, onorate e rispettate un
» tant' uomo: emuli della di lui virtù, con ge-
» nerosi sforzi provate ambo voi, che non era
» io più avventurato nell' adottare, che nel
» procreare figliuoli. »

XI

Alle parole del Re, benchè doppie, simulatamente pure ma debitamente rispondeva Giugurta. Quindi a non molti giorni Micipsa cessava. Fattegli con regia magnificenza le esequie, per ordinare i loro comuni interessi, i tre principi si raduna-

negotiis cunctis disceptarent. Sed Hiempsal, qui minumus ex illis erat, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Jugurthae, quia materno genere impar erat, despiciens, dextera Adherbalem adsedit: ne medius ex tribus, quod et apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret. Dein tamen, ut aetati concederet, fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est. Ibi cum multa de administrando imperio dissererent, Jugurtha inter alias res jacit, oportere quinquennii consulta, et decreta omnia rescindi. Nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse. Tum idem Hiempsal placere sibi respondit: nam ipsum illum tribus his proxumis annis adoptione in regnum pervenisse. Quod verbum in pectus Jugurthae altius, quam quisquam ratus, descendit. Itaque ex eo tempore ira et metu anxius, moliri, parare, atque ea modo in animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quae ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox: statuit quovis modo inceptum perficere.

no. Jemsale, benchè il minore, feroce pur di natura, l'oscurità de' materni natali sprezzando in Giugurta, alla destra d'Aderbale in seggio si colloca; affinchè Giugurta non potesse sedersi nel mezzo, luogo d'onore presso i Numidi. Dalle istanze poi del fratello tediato, più che persuaso di dover cedere come d'anni minore, ad altro seggio a gran pena trasferire lasciavasi Jemsale. Aperto poscia il consiglio, Giugurta fra molte altre cose propone di annullare ogni legge e decreto degli ultimi cinque anni dell' attempato e scemo Micipsa. Ad Jemsale piacque, e, » Facciasi (disse) poichè tu stesso, Giu» gurta, da soli tre anni adottato ne fosti ». Penetrò questo motto nel cor di Giugurta più addentro di quel che nessuno il pensasse. Agitato egli quindi dal timore e dall' ira, sin da quel punto incomincia a macchinare e disporre contro ad Jemsale continue insidie. Ma tarde pur tutte parendo a quel feroce animo, cui niuno indugio addolciva, ad ogni costo risolve di compiere il suo crudele proposito.

XII

Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat dividi thesauros, finisque imperii singulis constitui. Itaque ad utramque rem tempus decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris alius alio concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte ejus utebatur domo, qui proxumus lictor Jugurthae, carus acceptusque ei semper fuerat: quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat, impellitque, uti tamquam suam domum visens eat, portarum claves adulterinas paret: nam verae ad Hiempsalem referebantur: ceterum, ubi res postularet, se ipsum cum magna venturum manu. Numida mandata brevi conficit: atque, uti doctus erat, noctu Jugurthae milites introducit. Qui postquam in aedes irrupere: diversi regem quaerere: dormientis alios, alios occursantis interficere: scrutari loca abdita: clausa effringere:

XII

Abboccatisi i principi, come accennai, e poco fra loro accordandosi, vollero dividersi i tesori paterni, ed i limiti all'imperio di ciascun d'essi prescrivere. Fissarono perciò il tempo per eseguir l'uno e l'altro; ma più breve il fissarono, quanto al ripartirsi il danaro. Ciascuno dei principi intanto in luoghi diversi, ma tutti pure al tesoro vicini, si stette. Ad Jemsale in Tirmida toccò disgraziatamente d'abitare in casa di un satellite di Giugurta, al quale era sempre stato carissimo. Un tal ministro offeriva la Fortuna a Giugurta per vendicarsi: ond'egli con promesse e doni lo indusse a fingere di visitare la propria casa, ed a sottrarne frattanto le chiavi falsificate, poichè le vere presso ad Jemsale stesso ogni sera venivano riportate. Il Numida, assicurato che Giugurta ad ogni bisogno sarebbe pronto a venirvi con possente masnada egli stesso, a seconda dell'ordinato tradimento introduce di notte i soldati di Giugurta. Inondata in tal guisa d'armati la casa di Jemsale, chi cercava del Re, chi le addormentate guardie uccideva, chi quelle che all'armi correvano. Investigato ogni nascondiglio, atterrata

strepitu et tumultu omnia miscere : cum interim Hiempsal reperitur , occultans se tugurio mulieris ancillae , quo initio pavidus, et ignarus loci profugerat. Numidae caput ejus , uti jussi erant, ad Jugurtham referunt.

XIII

Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur : Adherbalem, omnisque, qui sub Micipsae imperio fuerant , metus invadit. In duas partis discedunt Numidae : plures Adherbalem sequuntur , sed illum alterum bello meliores. Igitur Jugurtha quam maxumas potest copias armat: urbis partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit: omni Numidiae imperare parat. Adherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent de caede fratris, et fortunis suis ; tamen fretus multitudine militum , parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, victus ex proelio profugit in provinciam, ac dehinc Romam contendit. Tum Jugurtha , patratis consiliis , post-

ogni porta, con ischiamazzi e tumulto sossopra mandata ogni cosa, ritrovano Jemsale al fine appiattatosi nel vile abituro d'una schiava, dove acciecato dal timore e inesperto de' luoghi, fin dal principio si era trafugato. I Numidi, secondo l'avuto comando, ne portarono a Giugurta la testa.

XIII

Rapidamente per l' Affrica tutta divolgasi la fama di un tanto delitto: Aderbale, e quanti a Micipsa obbedito già aveano, atterriti tutti rimangono. Divisi quindi in due fazioni i Numidi, per Aderbale molti, ma i più belligeri per Giugurta parteggiano. Questi a più potere dassi al far leve: alcune città, di buon animo, altre sforzate, lo sieguono: alla Numidia intera il di lui giogo sovrasta. Aderbale, benchè per ambasciatori notificata avesse la strage del fratello, ed i pericoli suoi, al Senato Romano; confidandosi pure nei molti soldati, a dar battaglia a Giugurta apprestavasi. Ma, venutovi, rimane vinto; e fuggitivo, nella provincia da prima, quindi in Roma ricovrasi. Ottenuto allora da Giugurta il suo intento,

quam omni Numidia potiebatur, in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum, neque advorsus iram ejus usquam, nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua, spem habere. Itaque, paucis diebus, cum auro argentoque multo legatos Romam mittit: quîs praecipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant: dein novos acquirant: postremo, quemcunque possint largiundo parare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere, et ex praecepto regis hospitibus, aliisque, quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat, magna munera misere: tanta commutatio incessit, ut ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobilitatis Jugurtha veniret. quorum pars spe, alii praemio inducti, singulos ex senatu ambiundo nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. Igitur, ubi legati satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur. Tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus.

XIV

» *P. C. Micipsa pater meus moriens mihi*
» *praecepit, uti regni Numidiae tantummodo*

rimasto egli possessore tranquillo del Regno, al suo misfatto pensando, null'altro temeva oramai che il popol Romano. Ma con la sua prodigalità sperava nell'avarizia de' nobili spegnere l'ire di Roma. Ambasciatori perciò vi spedisce carichi di tesori: impone loro di satollare i suoi antichi fautori, di fargliene dei nuovi, e di comprar senza indugio quanti ne troveran corruttibili. Giunti essi in Roma, a norma dei regj comandi, gli ospiti loro, ed i più potenti Senatori di doni riempiendo, fu tanta la possanza dell'oro, che Giugurta in prima abborrito rientrò in grazia e favore del Senato; il quale, parte dai promessi, parte dai ricevuti doni corrotto, e tergiversando i più, tanto fece che contro Giugurta non si procedea con rigore. Prendendo quindi vieppiù ardire i Legati, al prefisso dì comparirono davanti al Senato in contradditorio d'Aderbale, il quale nella seguente sentenza favellò.

XIV

» Padri Coscritti, Micipsa mio genitore
» morendo imponevami, ch'io la Numidia

» *procurationem existumarem meam; ce-*
» *terum jus, et imperium penes vos esse:*
» *simul eniterer domi militiaeque quam*
» *maxumo usui esse populo Romano. Vos*
» *mihi cognatorum, vos in locum affi-*
» *nium ducerem: si ea fecissem, in ves-*
» *tra amicitia exercitum, divitias, mu-*
» *nimenta regni me habiturum. Quae*
» *praecepta patris mei cum agitarem; Ju-*
» *gurtha, homo omnium, quos terra sus-*
» *tinet, sceleratissimus, contemto imperio*
» *vestro, Masinissae me nepotem, uti-*
» *que ab stirpe socium atque amicum*
» *populi Romani regno fortunisque omni-*
» *bus expulit. Atque ego, P. C. quo-*
» *niam eo miseriarum venturus eram,*
» *vellem, potius ob mea, quam ob ma-*
» *jorum meorum beneficia, posse me a*
» *vobis auxilium petere, ac maxume de-*
» *beri mihi beneficia a populo Romano*
» *quibus non egerem; secundum ea, si*
» *desideranda erant, uti debitis uterer.*
» *Sed quoniam parum tuta per se ipsa*
» *probitas est, neque mihi in manu fuit,*
» *Jugurtha qualis foret: ad vos con-*
» *fugi P. C. quibus, quod mihi miserru-*

» reggessi come ad essa preposto da voi; che
» in pace ed in guerra io mi studiassi di
» fedelmente a Roma servire: e diceami,
» che tenendo io per amici e parenti voi
» soli, nell' alleanza vostra ritroverei e forze
» e ricchezze e saldo sostegno al mio im-
» pero. Ad obbedire i paterni comandi io
» già mi accingeva, quando Giugurta, fra
» gli uomini tutti scelleratissimo, posta l' au-
» torità vostra in non cale, me di Mas-
» sinissa nipote, a lui di sangue congiunto,
» e di Roma alleato, me pure osava egli
» cacciare del trono, e d' ogni cosa spo-
» gliavami. Precipitato in tanta miseria, vor-
» rei, o Padri Coscritti, potervi chieder
» soccorso in contraccambio di benefizj da
» me, non da' miei avi, prestativi: vorrei
» anzi potere non ve li chiedere; ovvero,
» spingendomi a tanto la dura necessità,
» bramerei almeno io che a me, non al-
» l' avo, e dovuti fossero e retribuiti i be-
» nefizj da voi. Ma la probità sola non
» essendo bastante scudo a se stessa, nè
» avendo io penetrato pria d' ora, qual si
» foss' egli codesto Giugurta, a voi, o Padri
» Coscritti, ricorro; dolente oltre modo, del

» *mum est, cogor prius oneri, quam usui*
» *esse. Caeteri reges, aut bello victi in*
» *amicitiam a vobis recepti sunt, aut in*
» *suis dubiis rebus societatem vestram ap-*
» *petiverunt. Familia nostra cum populo*
» *Romano bello Carthaginiensi amicitiam*
» *instituit, quo tempore magis fides ejus,*
» *quam fortuna petenda erat. Quorum*
» *progeniem vos, P. C. nolite pati me*
» *nepotem Masinissae frustra a vobis au-*
» *xilium petere. Si ad impetrandum nihil*
» *caussae haberem, praeter miserandam*
» *fortunam; quod paullo ante rex ge-*
» *nere, fama; atque copiis potens, nunc*
» *deformatus aerumnis, inops, alienas opes*
» *exspecto: tamen erat majestatis populi*
» *Romani prohibere injuriam; neque pati,*
» *cujusquam regnum per scelus crescere.*
» *Verum ego iis finibus ejectus sum, quos*
» *majoribus meis populus Romanus dedit:*
» *unde pater, et avus meus una vobis-*
» *cum expulere Syphacem, et Cartha-*
» *ginienses. Vestra beneficia mihi erepta*
» *sunt, P. C. vos in mea injuria despecti*
» *estis. Eheu me miserum! huccine, Mi-*
» *cipsa pater, beneficia tua evasere, uti*

» dover io per mia somma sventura anzi che
» servirvi richiedervi. I Re tutti, o sconfitti,
» e quindi da voi in alleanza ricevuti; ovvero
» nel seggio loro vacillanti, a voi come ad
» amici si appoggiano. Gli avi miei nella Pu-
» nica guerra si collegarono con Roma, di
» cui più allora la fede che non la potenza
» apprezzavasi. Non vogliate, o Padri Coscrit-
» ti, che io prole di Massinissa invano l'ajuto
» vostro ne implori. Quand' anche ad impe-
» trarlo niun altro diritto mi avessi, che la
» mia compassionevole fortuna, per cui rapi-
» damente, di nobile illustre e possente Re,
» squallido infelice bisognoso e mendico son
» fatto; sarebbe degno pur sempre della maestà
» del Romano popolo il vendicar le mie ingiu-
» rie, e non tollerare che ad altri per via di
» scelleratezze il regno si addoppj. Ma espulso
» or son io da quegli stessi confini che il popolo
» Romano già prescriveva a' miei antenati; da
» quelli, donde il padre e l'avolo mio uniti già
» co' Romani espulsavano un giorno e Siface e
» Cartagine. Quant'or mi vien tolto, era già dono
» vostro; e nell'ingiuria mia, o Padri Coscritti,
» gli offesi siete pur voi. Ahi misero me! misero
» mio genitore, ove mai riuscivano i tuoi bene-

*» quem tu parem cum liberis tuis, regni-
» que participem fecisti, is potissimum
» stirpis tuae exstinctor sit? numquamne
» ergo familia nostra quieta erit? sem-
» perne in sanguine, ferro, fuga versa-
» bimur? Dum Carthaginienses incolumes
» fuere, jure omnia saeva patiebamur. ho-
» stis ab latere: vos amici procul: spes
» omnis in armis erat. Postquam illa pestis
» ex Africa ejecta est, laeti pacem agita-
» bamus: quippe, quîs hostis nullus erat,
» nisî forte quem vos jussissetis. Ecce au-
» tem ex improviso Jugurtha, intoleranda
» audacia, scelere, atque superbia sese
» efferens, fratre meo, atque eodem pro-
» pinquo suo interfecto, primum, regnum
» ejus sceleris sui praedam fecit: post,
» ubi me iisdem dolis nequit capere, nihil
» minus, quam vim aut bellum exspectan-
» tem, in imperio vestro, sicuti videtis,
» extorrem patria, domo, inopem, et coo-
» pertum miseriis effecit, ut ubivis tutius,
» quam in meo regno essem. Ego sic ex-
» istumabam, P. C. uti praedicantem au-
» diveram patrem meum; qui vestram ami-
» citiam diligenter colerent, eos multum*

» fizj verso Giugurta? Quegli, che tu qual pro-
» prio figlio tuo con i tuoi figli educavi; quegli,
» che a parte del regno ammettevi; della tua
» stirpe ora quegli è l'acerbissimo distruggitore.
» Oh misera prosapia la nostra! sempre a noi
dunque negata la pace? tra'l sangue sempre,
» tra'l ferro e gli esigli vivremo? Finchè Carta-
» gine stette, giusti erano e naturali i pericoli
» nostri: al fianco i nemici, lontani voi veri ami-
» ci, non dovevamo allora sperar che nell'armi.
» Ma', liberata di codesta gente poi l'Affrica,
» lieta pace da noi si godeva, niuno inimico
» restandoci, se non ci comandava Roma di
» assumerne. Quando ecco all'improvviso Giu-
» gurta, temerario superbo e scelleratissimo, il
» mio, il di lui fratel trucidato, in guiderdone
» del commesso delitto il regno egli ne occupa.
» Di me non potendo egli poscia trionfar con la
» frode, e dovendomi io perciò aspettare la vio-
» lenza o la guerra, costretto mi veggo di rico-
» vrarmi fra voi; di mostrarvi un Re spogliato di
» patria, di casa, di tutto; un misero Re, che in
» ogni parte più vive sicuro che nel suo proprio
» regno. Io vedeva, e più volte anche dal mio
» genitore l'udiva, che l'amicizia vostra, o Padri
» Coscritti, ai fedeli alleati costava somme fati-

» laborem suscipere, ceterum ex omnibus » maxume tutos esse. Quod in familia nos- » tra fuit, praestitit, ut in omnibus bellis » adesset vobis: nos uti per otium tuti si- » mus, in manu vestra est, P. C. Pater nos » duos fratres reliquit: tertium Jugurtham » beneficiis suis ratus est nobis conjunctum » fore. Alter eorum necatus, alter ipse ego » manus impias vix effugi. Quid agam? » aut quo potissimum infelix accedam? ge- » neris praesidia omnia exstincta sunt: pa- » ter, uti necesse erat, naturae concessit: » fratri, quem minume decuit, propinquus » per scelus vitam eripuit: affinis, amicos, » propinquos ceteros meos; alium alia cla- » des oppressit: capti ab Jugurtha, pars in » crucem acti, pars bestiis objecti sunt: » pauci, quibus relicta est anima, clausi » in tenebris cum maerore et luctu, mor- » te graviorem vitam exigunt. Si omnia, » quae aut amisi, aut ex necessariis ad- » vorsa facta sunt, incolumia manerent: » tamen, si quid ex improviso mali ac- » cidisset, vos implorarem, P. C. qui- » bus pro magnitudine imperii, jus et » injurias omnis, curae esse decet. Nunc

» che; ma che sicurezza grandissima a lor pro-
» cacciava. Sempre, per quanto il potemmo, a
» favor vostro abbiam noi guerreggiato: il ren-
» derci dunque nella pace sicuri, sta in voi. Due
» figli lasciava il mio padre; Giugurta, come
» terzo, per atto di beneficenza, aggiungendoci.
» E da quello stesso Giugurta l'un fratello era
» ucciso; io, che son l'altro, a gran pena dal-
» l'empie di lui mani scampava. Che debbo
» ormai farmi? dove, infelice, ricorrere, tro-
» vandomi meno ogni domestico ajuto? Cessato
» il padre; iniquamente il fratello svenato da
» chi meno temere ei dovea; de' miei parenti,
» e amici, e congiunti, di quanti in somma
» negli artigli di Giugurta cadevano, di tutti
» fatto sanguinoso macello; chi su la croce spi-
» rato, chi preda gittato alle fiere; chi per sup-
» plizio maggiore in orribili e squallide carceri a
» vita più rea d'ogni morte serbato. E quando
» pur anche ogni mia cosa, o perduta, o fattami
» d'amica contraria, or rimanessemi intera, io
» nondimeno ad ogni improvviso mio danno
» avrei implorato soccorso da voi, o Padri Co-
» scritti; che, attesa dell'imperio vostro l'am-
» piezza, a voi d'ogni dritto si aspetta difensori
» mostrarvi, d'ogni affronto vendicatori. Ma io

» *vero exsul patria, domo, solus, atque*
» *omnium honestarum rerum egens, quos*
» *accedam, aut quos appellem? nationes*
» *ne, an reges, qui omnes familiae nos-*
» *trae ob vestram amicitiam infesti sunt?*
» *an quoquam mihi adire licet, ubi non*
» *majorum meorum hostilia monumenta plu-*
» *rima sint? an quisquam nostri misereri*
» *potest, qui aliquando vobis hostis fuit?*
» *Postremo, Masinissa nos ita instituit,*
» *P. C. ne quem coleremus, nisi popu-*
» *lum Romanum, ne societates, ne foede-*
» *ra nova acciperemus: abunde magna*
» *praesidia nobis in vestra amicitia fo-*
» *re: si huic imperio fortuna mutaretur,*
» *una occidendum nobis esse. Virtute, ac*
» *diis volentibus, magni estis et opulenti:*
» *omnia secunda, et obedientia sunt: quo*
» *facilius sociorum injurias curare licet.*
» *Tantum illud vereor, ne quos priva-*
» *ta amicitia Jugurthae, parum cognita,*
» *transvorsos agat: quos ego audio maxu-*
» *ma ope niti, ambire, fatigare vos sin-*
» *gulos, ne quid de absente, incognita*
» *caussa, statuatis: fingere me verba, et*
» *fugam simulare, cui licuerit in regno*

» ora esule, solo, ramingo, necessitoso, quali
» altri invocare, presso quali altri ricoverarmi?
» presso forse a quei popoli, o presso a quei Re,
» che tutti, per esser io d'una stirpe ai Romani
» ognora alleata, d'inimicarmi non cessano?
» Appo quai genti Affricane fuggirmi posso io,
» dove ad ogni passo i terribili vestigj dell'armi
» degli avi miei non ritrovi? o sentiranno pietà
» di me forse coloro, che gl'inimici pur furon
» di voi? Massinissa inculcavaci ognora, di
» ossequiare i Romani, di non aver altri socj,
» altri amici, altri alleati, nè altro sostegno;
» e, dove l'imperio lor soggiacesse all'avversa
» fortuna, di rovinar con i Romani noi pure.
» Ma, per la virtù vostra, e pel voler degli
» Dei, grandi siete; e prospera, a voi la sor-
» te obbedisce: tanto più facil v'è quindi,
» il vendicar gli alleati. Temo soltanto, che
» occultamente Giugurta guadagnati siasi al-
» cuni suffragj in mio disfavore: molti ne
» sento in Senato mormorando aggirarsi, ed
» all'opra indefessi andarvi ad uno ad uno
» stancando e sollecitando, perchè nulla voi
» leggermente risolviate, assente l'una delle
» parti: li sento per anco tacciar d'impo-
» stura la mia non necessaria evasione dal

» manere. Quod utinam illum, cujus impio
» facinore in has miserias projectus sum,
» eadem haec simulantem videam: et ali-
» quando aut apud vos, aut apud Deos
» immortalis rerum humanarum cura oria-
» tur: ut ille, qui nunc sceleribus suis
» ferox atque praeclarus est, omnibus ma-
» lis excruciatus, impietatis in parentem
» nostrum, fratris mei necis, mearumque
» miseriarum gravis poenas reddat. Jamjam
» frater animo meo carissume, quamquam
» tibi immaturo, et, unde minume decuit,
» vita erepta est, tamen laetandum ma-
» gis, quam dolendum puto casum tuum.
» Non enim regnum, sed fugam, exilium,
» egestatem, et has omnis, quae me
» premunt, aerumnas cum anima simul
» amisisti: at ego infelix in tanta mala
» praecipitatus, pulsus ex patrio regno,
» rerum humanarum spectaculum praebeo:
» incertus quid agam, tuas ne injurias
» persequar, ipse auxilii egens, an regno
» consulam, cujus vitae, necisque potestas
» ex opibus alienis pendet. Utinam, emori,
» fortunis meis honestus exitus esset: ne
» vivere contemtus viderer, si defessus

» regno. Deh, pure un giorno vedessi quel-
» l'empio che a tanto mi astriuse, a simi-
» gliante impostura sforzato! deh, venga
» quel giorno, in cui i Romani, o in loro
» difetto gli Dei, onorando d'uno sguardo le
» umane miserie, chi gode e trionfa delle
» proprie scelleratezze, chi impunito sen va
» della empietà verso il padre, della uccision
» d'un fratello, e della rovina dell'altro, que-
» gli infra crudeli tormenti ne paghi gravissi-
» mo il fio! Fratello dell'anima mia, benchè un
» tradimento a te abbia immaturamente tron-
» cata la vita, più avventurato che infelice ti
» reputo. Che tu, non il regno, l'esiglio bensì
» e l'indigenza, e quanti infortunj me oppri-
» mono, insieme con la tua vita perdevi: ma
» io, infelice, precipitato dal soglio paterno;
» io, dolorosa mostra delle umane vicende,
» incerto men vivo, se, abbisognoso io stesso
» d'ajuto, vendicare pur debba i tuoi torti,
» ovvero il mio regno ripetere: talmente il
» vivere e il morir mio nell'altrui potestà son
» riposti. Così fosse pure onorato fine de' miei
» tragici casi la morte! o non mi si ascri-
» vesse ad infamia la vita, ov' io fra terribi-
» li angustie dissimulando gli oltraggi, accon-

» malis injuriae concessissem. Nunc quo-» niam neque vivere lubet, neque mori » licet sine dedecore, P. C. per vos, per » liberos, atque parentes vestros, per ma-» jestatem populi Romani subvenite mise-» ro mihi: ite obviam injuriae, nolite pati « regnum Numidiae, quod vestrum est, per » scelus, et sanguinem familiae nostrae ta-» bescere. »

XV

» Postquam rex finem loquendi fecit, » legati Jugurthae largitione magis, quam » caussa freti, paucis respondent: Hiem-» psalem, ob saevitiam suam, ab Numidis » interfectum: Adherbalem ultro bellum » inferentem, postquam superatus sit, que-» ri, quod injuriam facere nequisset: Ju-» gurtham ab senatu petere; ne se alium » putarent, ac Numantiae cognitus esset; » neu verba inimici ante facta sua pone-» rent ». Deinde utrique curia egrediuntur. Senatus statim consulitur: fautores legatorum, praeterea magna pars gratia depravata, Adherbalis dicta contemnere;

» sentissi pur di serbarla! Ma, oramai a tale » veggendomi, che il viver mi aggrava, e mi » sarebbe il morire vergogna; per voi, o Padri » Coscritti, scongiurovi, pe' figli vostri e con» giunti, per la maestà in somma del popol Ro» mano, me soccorrete, me vendicate; nè tolle» rato venga da voi, che con la scelleratissima » strage della stirpe di Massinissa, la Numidia, » ch'è vostra, sovvertasi. »

XV

Taciutosi il Re, i Legati di Giugurta più nei doni che nelle loro ragioni affidati, brevemente rispondevano: Jemsale essere stato ucciso dai Numidi, come tiranno; Aderbale, aggressor egli primo e sconfitto, dolersi or soltanto del non aver potuto nuocere egli stesso a Giugurta; il quale pregava il Senato di non crederlo diverso da quel Giugurta in Numanzia mostratosi; di non anteporre alle di lui imprese ben note, le parole di un suo espresso nemico. Ciò detto, ambe le parti uscendo dal Senato, i Padri immediatamente deliberano. Il più dei fautori compri dai Legati, posti in non cale i detti di Aderbale, con lodi favori ed

Jugurthae virtutem laudibus extollere ; gratia , voce , denique omnibus modis pro alieno scelere , et flagitio , sua quasi pro gloria , nitebantur. at contra pauci , quibus bonum et aequum divitiis carius erat, subveniendum Adherbali , et Hiempsalis mortem severe vindicandam censebant. sed ex omnibus maxume Aemilius Scaurus , homo nobilis , impiger , factiosus , avidus potentiae , honoris , divitiarum ; ceterum vitia sua callide occultans. Is postquam videt regis largitionem famosam , impudentemque , veritus , quod in tali re solet , ne polluta licentia invidiam accenderet , animum a consueta lubidine continuit.

XVI

Vicit tamen in senatu pars illa , quae vero pretium aut gratiam anteferebat. Decretum fit , uti decem legati regnum, quod Micipsa obtinuerat , inter Jugurtham , et Adherbalem dividerent. cujus legationis princeps fuit L. Opimius , homo clarus , et tum in senatu potens , quia consul ,

arringhe sino alle stelle inalzando Giugurta, vivamente con ogni mezzo per le altrui nefande scelleratezze, quasi che per la propria loro gloria, pugnavano. Ma i pochi, all' incontro, cui più del danaro premeva il giusto e l'onesto, opinavano doversi soccorrere Aderbale, ed aspramente Jemsale vendicare. Distinguevasi sommamente tra questi Emilio Scauro, nobile uomo, infaticabile, fazioso, di potenza d'onori e di ricchezze, assetato; ma de' suoi vizj mascheratore astutissimo. Troppo sfacciatamente audace ed infame parendogli la liberalità di Giugurta, e temendo per se l'odio pubblico a sì temeraria corruzione dovuto, Emilio per questa volta all' usata avarizia resistea.

XVI

Vinsero nondimeno in Senato coloro, che l'oro e il favore anteponevano al retto. Decretasi; che a dieci Legati verrà commessa la divisione dell' imperio di Micipsa fra Giugurta ed Aderbale. Capo dei Legati si nomina Lucio Opimio, uomo illustre, e potente allora in Senato, per aver nel suo Consolato,

C. Graccho, et M. Fulvio interfectis; acerrume vindictam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Jugurtha, tametsi Romae in amicis habuerat, tamen accuratissume recepit: dando, et pollicendo multa, perfecit, uti fama, fide, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. reliquos legatos eadem via aggressus, plerosque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quae pars Numidiae Mauritaniam attingit, agro virisque opulentior, Jugurthae traditur: illam alteram, specie, quam usu, potiorem, quae portuosior, et aedificiis magis exornata erat, Adherbal possedit.

XVII

Res postulare videtur Africae situm paucis exponere, et eas gentis, quibuscum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. Sed quae loca, et nationes ob calorem, aut asperitatem, item solitudines minus frequentata sunt, de iis haud facile compertum narraverim: cetera quam paucissumis absolvam. In divisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam

dopo l'uccisione di Cajo Gracco e di Marco Fulvio, ferocemente usata la vittoria de' nobili sovra la plebe. Costui, annoverato già da Giugurta in Roma tra i suoi, egregiamente or ne veniva in Affrica da lui ricevuto; e con ampj doni e promesse inducevasi a posporre la propria fama l'onore la fede e quanto v'ha di più sacro tra gli uomini, agli interessi del Re. Tentati pure in tal guisa i più degli altri Legati, pochissimi ne incontrava Giugurta, che alla lealtà non anteponessero l'oro. Ripartivasi intanto la Numidia; quella che co'Mauri confina, d'uomini e di terre più ricca, a Giugurta assegnavasi; ad Aderbale quella, che pe' diversi porti e per le meglio edificate città, migliore parea ma non era.

XVII

Opportuno quì sembrami il brevemente descrivere la posizione dell' Affrica; e di sue genti accennare, quali amiche a noi fossero, e quali nemiche. De' luoghi di essa, per troppo calore od asprezza disabitati ed incolti, come poco noti, nulla dirò: per gli altri basteran pochi detti. Molti, nel dividere il Mondo, l' Affrica reputano l' una delle tre

posuere: pauci, tantummodo Asiam, et Europam esse; sed Africam in Europa. ea finis habet ab occidente, fretum nostri maris et Oceani: ab ortu solis declivem latitudinem: quem locum Catabathmon incolae appellant. Mare saevum, importuosum. ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus: coelo, terraque penuria aquarum: genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum: plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro, aut a bestiis interiere. Nam morbus haud saepe quemquam superat. ad hoc, malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea accesserint, aut quo modo inter se permixti sint; quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet, diversum est: tamen, ut ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum nobis est; utique rem sese habere, cultores ejus terrae putant: quam paucissumis dicam. Ceterum fides ejus rei penes auctores erit.

XVIII

Africam initio habuere Gaetuli, et Libyes, asperi, incultique; quis cibus erat

parti di esso: altri, soltanto l' Asia nominando e l' Europa, in quest' ultima comprendono l' Affrica. Comunque sia, i suoi confini sono; all' Occidente, le colonne d' Ercole e l' Oceano; all' Oriente, un gran precipizio, dagli Affricani chiamato *Catabâtmon.* Borrascosi, e senza porti i suoi mari; fertile di messi il terreno; adatto alle gregge; disfavorevole agli alberi; per mancanza di sorgenti e di piogge, aridissimo. Veloci e robusti gli abitatori; ove scampino essi dalle fiere e dal ferro, non di malattie ma per lo più di decrepitezza vi muojono. Animali feroci e malefici, in copia. Quali fossero gl' indigeni, quali i popoli che poi vi venissero e si frammischiassero ad essi, (benchè dai più così non si creda) brevissimamente esporrò, appoggiandomi a certi libri del Re Jemsale, ed alle tradizioni popolari degli stessi Affricani. Del resto quant' io racconterò, non l' affermo.

XVIII

I primi abitatori dell' Affrica furono i Getuli e' Libj; rozzi ed incolti popoli, che di

caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cujusquam regebantur: vagi, palantes, quas nox coëgerat, sedes habebant. Sed postquam in Hispania Hercules, sicut Afri putant, interiit: exercitus ejus compositus ex gentibus variis, amisso duce, ac passim multis sibi quisque imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Persae, et Armenii, navibus in Africam transvecti, proxumos nostro mari locos occupavere. Sed Persae intra Oceanum magis: hique alveos navium inversos pro tuguriis habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emundi, aut mutandi copia erat. mare magnum, et ignara lingua commercia prohibebant. Hi paullatim per connubia Gaetulos secum miscuere: et quia saepe tentanter agros, alia, deinde alia loca petiverant, semet ipsi Numidas appellavere. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt. Medis autem et Armeniis accessere Libyes. Nam hi propius mare Africum agitabant:

fiere pascevansi o d'erba, a guisa d'armenti. Non avendo nè costumi nè leggi nè governo, vagabondi ed erranti, ovunque la notte sopraggiungevali sostavansi. Morto Ercole nelle Spagne, come credono gli Affricani, il di lui esercito di diverse nazioni composto, privo di capitano ma non di aspiranti a divenirlo, in breve sbandavasi. Parte allora di quelli, quai Medi, quai Persi od Armeni, nell'Affrica trasportati, le spiagge a noi più vicine occuparono. Ma i Persi, più verso l'Oceano collocavansi; e le carene de' naviglj rimboccate servivano loro di tugurj, ogni materia prima in que' paesi mancando, ed essendo dalle Spagne, pel vasto mare, per la diversità degl'idiomi, sì fattamente disgiunti, che nè con danaro nè con merci trafficar non poteanvi. Mischiatisi costoro a poco a poco coi Getuli, e vagando quà e là per rintracciar nuovi pascoli, piacque loro di denominarsi Numidi. Ed in fatti le rozze case dei Numidi, da essi dette *Mapalia*, oblonghe di forma, co' tetti incurvati su' fianchi, assai rassomigliano alle carene. I Medi poi e gli Armeni frammischiavansi co' Libj abitanti verso il Mediterraneo, sco-

Gaetuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus: hique mature oppida habuere. Nam, freto divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant. nomen eorum paullatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros pro Medis appellantes. Sed res Persarum brevi adolevit: ac postea Numidae nomine propter multitudinem, a parentibus digressi, possedere ea loca, quae proxuma Carthaginem Numidia appellatur. Deinde, utrique alteris freti, finitimos armis, aut metu sub imperium suum coëgere, nomen gloriamque sibi addidere; magis hi, qui ad nostrum mare processerant: quia Libyes, quam Gaetuli, minus bellicosi: denique Africae pars inferior pleraque ab Numidis possessa est: victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere.

XIX

Postea Phoeniees, alii multitudinis domi minuendae gratia, pars imperii cupidine solicitata plebe, et aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliasque urbis in ora maritima condidere;

standosi dai Getuli abitanti quasi sotto la linea. Primi ebbero cittadi e commercio; un corto tragitto di mare disgiungendoli dalla Spagna. Corruppero i Libj coll' andar del tempo il nome dei Medi, in loro barbara lingua Mauri chiamandoli. I Persi frattanto rapidamente prosperavano; e, per essere omai troppi di numero, espatriandosi occupavano sotto il nome di Nomo-numidi le vicinanze di Cartagine. Quindi ed antichi e novelli coloni a vicenda spalleggiavansi, ed assoggettando coll' armi o col terrore i vicini, fama acquistavano e gloria; quelli maggiormente, che verso il mar nostro affrontavansi co' Libj, meno assai bellicosi dei Getuli. Così la bassa Affrica quasi tutta caduta in poter dei Numidi, i vinti presero cittadinanza e nome dai vincitori.

XIX

I Fenicj dappoi, parte per disgravarsi dei soverchj abitanti, parte per allargare l'impero, indussero la loro plebe e gli amatori di nuove cose ad andar fondando colonie su le spiagge del mare Affricano. Sorsero, infra molt' altre, Ippóna,

eaeque brevi multum auctae, pars originibus suis praesidio, aliae decori fuere. Nam de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere: quoniam alio properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Thereon, ac deinceps duae Syrtes, interque eas Leptis: deinde Philenon arae: quem locum Aegyptum versus finem imperii habuere Carthaginienses: post aliae Punicae urbes. Cetera loca usque ad Mauritaniam Numidae tenent. proxime Hispaniam Mauri sunt. super Numidiam Gaetulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare. post eos Aethiopas esse: dein loca exusta solis ardoribus. Igitur bello Jugurthino pleraque ex Punicis oppida, et finis Carthaginiensium, quos novissume habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat: Gaetulorum magna pars, et Numidae ad flumen usque Mulucham sub Jugurtha erant. Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, praeter nomen, cetera ignarus populi Romani; itemque nobis neque bel-

Lepti, Adrumèto: le quali, assai in breve ampliate, riuscirono le une di ajuto, le altre di lustro ai lor fondatori. Di Cartagine non imprendo a parlare; meglio stimando il tacerne, che il compendiarne la storia. Incalzandomi dunque la prefissa brevità, dico; chè presso *Catabátmon*, confin dell' Egitto coll' Affrica, la prima colonia marittima è Ciréne, indi Teréone, poi Lepti fra le due Sirti; in ultimo, le Are Filene; luogo che verso l' Egitto fu sempre l' estremo confine del Punico imperio. Il rimanente, dalle Are Filene sino alla Mauritania, signoreggiato è dai Numidi. I Mauri, stanno a rimpetto della Spagna. Dietro ai Numidi vivono i Getuli, rozzi, poveri, e vagabondi. Più addentro, stanno gli Etíopi; quindi è la zona infuocata. Quando Roma ruppe guerra a Giugurta, ella reggeva per via di magistrati molti dei Punici borghi, ed i confini sopra Cartagine nuovamente conquistati. Il più dei Getuli, e i Numidi sino al fiume Mulucca, obbedivano a Giugurta; i Mauri tutti, al Re Bocco, il quale noi appena di nome conoscea; nè in pace nè in guerra a noi fin allora era noto egli

lo, neque pace antea cognitus. De Africa, et ejus incolis, ad necessitudinem rei satis dictum.

XX

Postquam, diviso regno, legati Africa decessere; et Jugurtha contra timorem animi praemia sceleris adeptum sese videt; certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romae venalia esse; simul et illorum pollicitationibus accensus, quos paullo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis animum intendit. ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus injuriae, metuens magis, quam metuendus. Igitur ex improviso finis ejus cum magna manu invadit: multos mortalis cum pecore, atque alia praeda capit: aedificia incendit: pleraque hostiliter loca cum equitatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum suum convertit, existimans dolore permotum Adherbalem injurias suas manu vindicaturum, eamque rem belli caussam fore. At ille, quod ne-

stesso. Ora, quanto dell' Affrica e de' suoi popoli all' uopo mio richiedeasi, ho individuato abbastanza.

XX

Diviso dunque ch' ebbero il regno, i Legati Romani si partirono d' Affrica. Giugurta, contr' ogni speranza vedendosi pe' suoi delitti rimunerato, accertatosi che tutto in Roma col danaro ottenevasi, fidando negli amici guadagnatisi già prima in Numanzia, incoraggito ed acceso da quelli che con larghi doni avea satollati poc' anzi, ogni pensiero ei rivolge ad invadere d' Aderbale il regno. Pronto coraggioso e belligero era l' assalitore; pacifico imbelle sofferente, l' assalito; e timido, più che tremendo. Quindi Giugurta all' improvviso con numeroso stuolo invade il regno d' Aderbale; opíma preda d' uomini e di bestiami ne trae; incendia le case; dovunque co' suoi cavalli ei trascorre, per tutto ostili tracce vi lascia. Ritiratosi poscia nei proprj confini, stava aspettando dal risentimento dell' oltraggiato Aderbale opportuna cagione di guerra. Ma, conoscendosi

que se parem armis existumabat, et amicitia populi Romani magis, quam Numidis, fretus erat; legatos ad Jugurtham de injuriis questum misit: qui tametsi contumeliosa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere: quia tentatum antea secus cesserat. Neque eo magis cupido Jugurthae minuebatur, quippe qui totum ejus regnum animo jam invaserat. Itaque non, ut antea, cum praedatoria manu, sed magno exercitu comparato, bellum gerere coepit, et aperte totius Numidiae imperium petere. Ceterum, qua pergebat, urbis, agros vastare, praedas agere; suis animum, hostibus terrorem augere.

XXI

Adherbal, ubi intelligit eo processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinendum, necessario copias parat, et Jugurthae obvius procedit. Interim haud longe a mari prope Cirtam oppidum utriusque consedit exercitus: et quia diei extremum erat, proelium non inceptum;

questi minore in virtù, e ne' Romani più che ne' suoi Numidi affidandosi, dei ricevuti danni si dolse con Giugurta per mezzo di ambasciatori. Riportarono questi risposta più ingiuriosa che il fatto: ma il Re, che altre volte già avea mal tentata la sorte dell' armi, ogni cosa soffrire si elesse anzi che riassumer la guerra. Non per questo già si scemava l' ambizion di Giugurta, la cui cupidigia tutto omai l' altrui regno col pensiero occupava. Onde, non come prima co' lievi cavalli, ma ora con l' intero esercito movendogli guerra aperta, la Numidia tutta per se richiedeva. Dovunque ei passava, campi e città devastando e predando, a' suoi accresceva il coraggio, ai nemici il terrore.

XXI

Vedendosi Aderbale a tale ridotto, che oramai abbandonare lo stato doveva, o coll' armi difenderlo, ad impugnarle sforzato, si avanza egli contro Giugurta. Non lontani dal mare sotto le mura di Cirta s' incontran gli eserciti: ma, appressando la notte, non si principiò la battaglia. Non era sorta pur

sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine, milites Jugurthini, signo dato, castra hostium invadunt; semisomnos partim, pars arma sumentes fugant, funduntque: Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit: et, ni multitudo togatorum fuisset, quae Numidas insequentes moenibus prohibuit, uno die inter duos reges coeptum, atque patratum foret bellum. Igitur Jugurtha oppidum circumsedit: vineis, turribusque, et machinis omnium generum expugnare aggreditur, maxime festinans tempus legatorum antecapere, quos ante proelium factum Romam ab Adherbale missos audiverat. Sed postquam senatus de bello eorum accepit, tres adolescentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant; senatui, populoque Romano verbis nuncient, velle, et censere eos ab armis discedere: ita seque, illisque dignum esse.

XXII

Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romae, dum proficisci parant, de proelio facto, et oppugnatione

anche l' aurora, quando a notte inoltrata Giugurta, dato il segno, assaltava nel campo i nemici; i quali, alla rinfusa e mal desti all' armi correndo, rotti son tosto e dispersi. Aderbale con pochi cavalli in Cirta ricovrasi; e se alcuni Romani dagli incalzanti Numidi non lo scampavano, in un sol giorno vedeasi fra i due Re principiata e finita la guerra. Giugurta allora investe Cirta, e con torri e con macchine d' ogni sorta ad espugnarla si affretta, prima che da Roma ritornino gli ambasciatori d' Aderbale. Ma, informato della lor guerra il Senato, spedisce in Affrica tre giovinetti, come nunzj de' suoi voleri ai due Re. Consigliandoli ordinavan loro ad un tempo di depor l' armi; e, pel decoro d' essi e di Roma, di terminare i lor dissapori trattando, e non, combattendo.

XXII

Tanto sollecitan più di giungere in Affrica gli ambasciatori Romani, quanto nel partire essi di Roma vociferavasi già della se-

Cirthae audiebatur. sed is rumor clemens erat. Quorum Jugurtha accepta oratione respondit: sibi neque majus quidquam, neque carius auctoritate senatus esse: ab adolescentia sua ita se enisum, ut ab optimo quoque probaretur: virtute, non malitia, P. Scipioni, summo viro placuisse: ob easdem artis a Micipsa, non penuria liberorum, in regnum adoptatum esse. ceterum, quo plura bene, atque strenue fecisset, eo animum suum injuriam minus tolerare: Adherbalem dolis vitae suae insidiatum: quod ubi comperisset, sceleri obviam isse: populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit: postremo, de omnibus rebus legatos Romam brevi missurum. ita utrique digrediuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit.

XXIII

Jugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neque propter loci naturam Cirtam armis expugnare potest: vallo, atque fossa circumdat: turris exstruit, easque prae-

guita battaglia, e di Cirta assediata; nulla però affermandosi di preciso. Giugurta, uditi gli ambasciatori, rispose: » Cosa per lui più » ragguardevole e più cara non v' essere del » Romano Senato: fin da fanciullo sforzatosi » meritarne le lodi: pel suo valore, non per » astuzie, esser egli piaciuto al gran Publio » Scipione: e pel suo valore altresì, non » per mancanza di successori, esser egli stato » da Micipsa adottato nel regno. Le passate » sue imprese tanto più renderlo insofferente » d' oltraggi: Aderbale avergli con fraude » insidiata la vita; il che discopertosi, anti- » venuto egli lo avea. Che il popolo Romano » ingiusto sarebbe, se a lui contra il dritto » delle genti vietasse il difendersi. Fra bre- » ve egli stesso invierebbe in Roma Legati ». E così separavansi. Gli ambasciatori Romani partirono, senza parlar con Aderbale.

XXIII

Quando Giugurta li tenne oramai usciti dell' Affrica, vedendo egli inespugnabile esser Cirta d' assalto per l' asprezza del luogo, attorniolla con fosse, steccati, e torri ben

sidiis firmat: praeterea dies, noctesque aut per vim, aut dolis tentare: defensoribus moenium praemia modo, modo formidinem ostentare : suos hortando ad virtutem arrigere : prorsus intentus cuncta parare. Adherbal ubi intellegit omnis fortunas suas in extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex iis, qui una Cirtam profugerant, duos maxume impigros delegit : eos, multa pollicendo, ac miserando casum suum, confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proxumum mare, dein Romam pergerent.

XXIV

Numidae paucis diebus jussa efficiunt: literae Adherbalis in senatu recitatae, quarum sententia haec fuit. » Non mea » culpa saepe ad vos oratum mitto, P. C. » sed vis Jugurthae subigit : quem tanta » lubido me exstinguendi invasit, uti neque » vos, neque Deos immortalis in animo » habeat : sanguinem meum, quam omnia, » malit. Itaque quintum jam mensem so-

guernite d'armati. Inoltre, e giorno e notte, con forza, con inganni, promettendo, minacciando, gli assediati tentava; i suoi incoraggiva e infiammava a virtù; a tutto in somma provvedea. Aderbale, ridotto all'estremo, vedendo ostinarsi il nemico, le speranze e i soccorsi lontani, la penuria d'ogni cosa, e l'impossibilità di resister più a lungo; a due de' suoi più fedeli ed arditi, con larghe promesse, e col narrar loro il suo infelicissimo stato, persuade di arrischiarsi a varcare di notte pel campo nemico sino alle spiagge del mare, per indi portarsi in Roma.

XXIV

Pervenutivi in pochi giorni costoro con lettere d'Aderbale, furono queste lette in Senato; e ne' seguenti detti esprimevansi.
» Se ad implorarvi io mando, o Padri Co-
» scritti, sì spesso, Giugurta solo mi vi
» sforza. Una tal fiera brama lo invase di
» spegnermi, che nè di voi, nè dei Numi gli
» cale; e per aversi il mio sangue, ogni co-
» sa darebbe. Corre già il quinto mese, che

» cius et amicus populi Romani armis ob-
» sessus teneor : neque mihi Micipsae patris
» mei beneficia, neque vestra decreta auxi-
» liantur : ferro , an fame acrius urgear ,
» incertus sum. Plura de Jugurtha scribe-
» re dehortatur me fortuna mea : etiam
» antea expertus sum , parum fidei miseris
» esse. Nisi tamen intelligo illum , supra
» quam ego sum , petere , neque simul
» amicitiam vestram , et regnum meum spe-
» rare. utrum gravius existumet , nemini
» occultum est. Nam initio occidit Hiem-
» psalem fratrem meum : dein patrio regno
» me expulit. Quae sane fuerint nostrae
» injuriae , nihil ad vos. Verum nunc re-
» gnum vestrum armis tenet : me , quem vos
» imperatorem Numidis posuistis , clau-
» sum tenet atque obsidet : legatorum ver-
» ba quanti fecerit , pericula mea decla-
» rant. Quid est reliquum , nisi vis vestra ,
» quo moveri possit ? nam ego quidem
» vellem , et haec quae scribo , et illa
» quae antea in senatu questus sum , va-
» na forent potius , quam miseria mea fi-
» dem verbis faceret. Sed quoniam eo
» natus sum , ut Jugurthae scelerum osten-

» io, alleato ed amico del popol Romano, vivo
» dall'armi assediato; nè i beneficj paterni, nè i
» vostri decreti a me nulla fruttano; nè dire sa-
» prei, se più fieramente il ferro me stringa, o la
» fame. L'infelice mio stato mi vieta di scriver
» più a lungo contro Giugurta; omai per prova
» sapendo, che ai miseri lieve fede si presta. Mi
» avveggo bensì, che a Giugurta il rendersi a
» me pari in potenza non basta: e ciascuno aper-
» tamente vede oramai, che egli, fra l'ottenere
» o l'amicizia vostra o il mio regno, non esita.
» Egli da prima il mio fratello Jemsale trucidò,
» me quindi espulse dal trono paterno. E vo-
» glio, che tali ingiurie tutte sian nostre, ed a
» voi nulla spettino. Ma Giugurta invade ora un
» regno, ch'è vostro; me, da voi scelto a regnar
» su i Numidi, egli assedia: e in qual conto egli
» tenga dei vostri ambasciatori i comandi, am-
» piamente lo attestano i miei non cessanti pe-
» ricoli. Che altro varrà a rimoverlo omai, se
» non vale di Roma la forza? Di quanto ora scri-
» vo, e di quanto già mi querelai io stesso in
» Senato, bramerei anzi io di mentire che non
» d'accertarvene con le mie tante miserie. Ma,
» nato per mia sventura bersaglio alle scellerate
» mire di Giugurta, io già da voi non imploro

» tui essem : non jam mortem, neque ae- » rumnas, tantummodo inimici imperium, » et cruciatus corporis deprecor. Regno » Numidiae, quod vestrum est, uti libet, » consulite : me ex manibus impiis eripite, » per majestatem imperii, per amicitiae » fidem ; si ulla apud vos memoria rema- » net avi mei Masinissae. »

XXV

His litteris recitatis, fuere qui exercitum in Africam mittendum censerent, et quamprimum Adherbali subveniendum : de Jugurtha interim uti consuleretur, quoniam legatis non paruisset. Sed ab iisdem illis regis fautoribus summa ope enisum, ne tale decretum fieret. Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam majores natu nobiles, amplis honoribus usi : in quîs fuit M. Scaurus, de quo supra memoravimus, consularis, et tum senatus princeps. Hi, quod in invidia res erat, simul et a Numidis obsecrati, triduo navim ascendere : dein brevi

» che dalle infelicità mi scampiate e da morte;
» dal nemico imperio bensì, e dai martirj. Alla
» Numidia ben vostra, come più aggradavi,
» provvedete; me da quell'empie mani sottraete;
» per la memoria dell'avo Massinissa ven prego;
» e, se nulla val questa appo voi, per l'amichevole nostra reciproca fede, per la maestà del
» Romano impero, vèn prego. »

XXV

Cotai lettere udite, alcuni Senatori opinavano doversi immediatamente soccorrere Aderbale, inviando un potente esercito in Affrica; e doversi Giugurta punire per aver disobbedito ai Legati. Ma tal sentenza andò a vuoto per gli artificj de' fautori di Giugurta. Così suole spesso pur troppo soggiacere ai privati interessi il ben pubblico. In Affrica nondimeno vengono spediti ambasciatori novelli, per età e per chiarezza di sangue e d'onori, più assai rispettabili: fra' quali quel Marco Scauro, primo allora in Senato, di cui più addietro parlammo. Costoro, sì perchè era delicato l'affare, sì perchè fortemente instavano i Legati d'Aderbale, infra tre giorni sciogliendo per l'Affrica, in breve appro-

Uticam adpulsi, litteras ad Jugurtham mittunt, quam ocyssume ad provinciam accedat; se ad eum ab senatu missos. Ille, ubi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romae pollere audiverat, contra inceptum suum venisse: primo commotus metu, atque lubidine, divorsus agitabatur. Timebat iram senatus, ni paruisset legatis: porro animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebat. Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nititur, maxume sperans, diducta manu hostium, aut vi, aut dolis sese casum victoriae inventurum. quod ubi secus procedit, neque, quod intenderat, efficere potest, uti, prius quam legatos conveniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. Ac tametsi senatus verbis minae graves nunciabantur, quod ab oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumpta, legati frustra discessere.

dano ad Utica. Scrivono quindi a Giugurta, che istantaneamente a loro appresentisi, essendo essi dal Senato a lui espressamente mandati. Egli, sentendo che uomini di riguardo, e per fama potenti in Senato, venivano per attraversar le sue imprese, tra la cupidigia e il timore ondeggiava. Temeva di Roma lo sdegno, ove obbedirle negasse: ma, da fiera e cieca ingordigia sentivasi ver l' intrapreso delitto strascinare. Vinse perciò in quell' infiammato animo il consiglio peggiore. Sperando egli dunque, e principalmente ove riuscissegli di dividere le forze nemiche, di ottener dalla forza o dalla frode l' occasione di vincere, si accinge con tutto il suo esercito agli ultimi sforzi per Cirta espugnare. Il che non riuscendogli, nè di impadronirsi d' Aderbale (come avea disegnato) prima di arrendersi all' intimazion dei Legati, non osò tenere a bada più lungamente Scauro, la di cui ira egli molto temeva. Perciò con pochi cavalli a costituirsegli in Utica venne. Quivi, benchè udisse le gravi minacce di Roma, ove egli dall' assedio di Cirta non venisse a desistersi, con molte parole aggirando i Legati, indusseli pure a partirsene senza nulla aver fatto.

XXVI

Ea postquam Cirtae audita sunt, Italici, quorum virtute moenia defensabantur, confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Adherbali suadent, uti seque, et oppidum Jugurthae tradat: tantum ab eo vitam paciscatur; de ceteris senatui curae fore. At ille, tametsi omnia potiora fide Jugurthae rebatur; tamen, quia penes eosdem, si advorsaretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, deditionem fecit. Igitur Jugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat: dein omnis puberes Numidas, atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat, interfecit.

XXVII

Quod postquam Romae cognitum est, et res in senatu agitari coepta, iidem illi ministri regis, interpellando, ac saepe gratia, interdum jurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. ac ni C. Memmius,

XXVI

Seppesi la venuta de' Legati da que' Romani che valorosamente difendevano Cirta; e nella grandezza del popol Romano affidati, stimarono potersi arrendere sicuramente; e quindi consigliarono Aderbale, di pattuire soltanto per se stesso la vita, e di lasciare del rimanente la cura al Senato. Aderbale, non già ch' egli punto fidasse nella parola di Giugurta, ma temendo che da lui confutato il consiglio di que' Romani non si cangiasse in comando, si arrese. Giugurta, fattone prima ferocissimo strazio, lo uccide: quindi tutti i giovani Numidi e i trafficanti coloni alla riufusa, come se presi in battaglia, a fil di spada egli manda.

XXVII

Saputasi in Roma la strage di Cirta, e cominciatosi a discutere in Senato l'affare, quelli che erano venduti al Re, con raggiri preghi e querele pur anche, tentarono procrastinando scemare l'atrocità di un tal fatto. E se Cajo

tribunus plebis designatus, vir acer, et infestus potentiae nobilitatis, populum Romanum edocuisset id agi, uti per paucos factiosos Jugurthae scelus condonaretur: profecto omnis invidia, prolatandis consultationibus, dilapsa foret. tanta vis gratiae, atque pecuniae regis erat. Sed ubi senatus delicti conscientia populum timet: lege Sempronia provinciae futuris consulibus Numidia, atque Italia decretae: consules declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius: Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit. dein exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur; stipendium, aliaque, quae bello usui forent, decernuntur.

XXVIII

At Jugurtha, contra spem nuncio accepto, quippe cui, Romae omnia venire, in animo haeserat; filium, et cum eo duos familiaris ad senatum legatos mittit; iisque, ut illis, quos Hiempsale interfecto miserat, praecipit, omnis mortalis pecunia aggrediantur, qui postquam Romam adventabant, senatus a

Memmio, Tribuno eletto della plebe, aspro nemico de' nobili, non dimostrava al popolo questi indugj esser l' arte de' pochi faziosi che impunito volevano lo scellerato Giugurta, tutta la vendetta svanivasi in mere parole: cotanto poteva il favore e l' oro del Re. Ma, conscio delle proprie colpe il Senato, temendo del popolo, a tenore della legge Sempronia ripartiva le provincie fra i Consoli Publio Scipione Nasica e Lucio Bestia Calpurnio. Al primo l' Italia, al secondo toccò la Numidia. Arruolasi tosto un esercito per l' Affrica; si assegnano denari per mantenervelo, e per l' altre spese della guerra.

XXVIII

Giugurta all'inaspettata novella, non potendosi pur dissuadere che tutto in Roma non si comprasse, spedisce con due suoi fidi il proprio figliuolo al Senato; addottrinando anche questi con l'arti stesse, per cui gli altri primi comprata gli aveano l'impunità dell'eccidio d'Jemsale: anzi a dismisura allargandole, ordina loro di assalire con l'oro ogni uomo in Roma esistente. Vi si av-

Bestia consultus est, placeretne legatos Jugurthae recipi moenibus: iique decrevere, ni regnum, ipsumque deditum venissent, ut in diebus proxumis decem Italia decederent. Consul Numidis ex senatus decreto nunciari jubet. ita infectis rebus illi domum discedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobilis, factiosos, quorum auctoritate, quae deliquisset, munita fore sperabat: in quís fuit Scaurus, cujus de natura et habitu supra memoravimus. Nam in consule nostro multae bonaeque artes animi, et corporis erant: quas omnis avaritia praepediedat. patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissumus contra pericula et insidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectae. Igitur Calpurnius, initio paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est; multosque mortalis, et urbis aliquot pugnando cepit.

viavano costoro, allorchè il Senato, richiesto da Calpurnio se dovessero ammettersi, intimò loro che se non veniva in Roma Giugurta in persona a rimettere il suo regno e se stesso al Senato, i di lui legati fra dieci giorni d' Italia sgombrassero. Ricevuto da essi il decreto per mezzo del Console, senza alcun frutto ripartivano. Calpurnio intanto, apparecchiava il suo esercito, scelti per compagni all' impresa molti de' nobili faziosi e autorevoli, sotto l' ombra de' quali potesse egli velare le proprie mancanze: fra essi, quello Scauro, della cui indole e portamenti di sopra parlai. Erano molte doti in Calpurnio, e del corpo e dell' animo: alla fatica indurito; pronto d'ingegno; provido bastantemente; non inesperto di guerra; ne' perigli fortissimo; contro le insidie avvertito: ma tutte inceppava queste virtù l' avarizia. Le legioni da Reggio passavano in Sicilia, e quindi nell' Affrica. Calpurnio dunque ben provveduto di tutto, da prima entrò vivamente in Numidia, fecevi assai prigionieri, ed espugnò alcune città.

XXIX

Sed ubi Jugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod administrabat, asperitatem ostendere coepit: animus aeger avaritia facile conversus est. ceterum socius, et administer omnium consiliorum assumitur Scaurus: qui tametsi a principio, plerisque ex factione ejus corruptis, acerrume regem impugnaverat; tamen, magnitudine pecuniae, a bono honestoque in pravum abstractus est. Sed Jugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans sese aliquid interim Romae pretio, aut gratia effecturum: postea vero quam participem negotii Scaurum accepit, in maxumam spem adductus recuperandae pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus praesens agere. Ceterum interea fidei caussa mittitur a consule Sextius quaestor in oppidum Jugurthae Vaccam: cujus rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat: quoniam deditionis mora induciae agitabantur. Igitur rex, ut constituerat,

XXIX

Ma Giugurta avendolo per ambasciatori tentato, e fattegli ingrandire le difficoltà della guerra intrapresa, quel venale animo del Console facilmente all' oro piegavasi. Compagno, ministro, e consigliero egli eleggevasi Scauro: il quale, benchè da principio, quasi solo incorrotto, fieramente il Re assalisse, vinto pure dalla immensità del denaro, diede poi, come gli altri, le spalle al retto e all' onesto. Giugurta voleva da prima soltanto indugiare la guerra, sperando tuttavia alcuna cosa ottenere da Roma, o col danaro o cogli amici. Ma quando seppe che Scauro era compro, rinacque in lui la speranza di pace; e con entrambi volle trattare in persona. Il Console intanto manda Sestio Questore, quasi ad ostaggio in Vacca, città di Giugurta; sotto il velo di estrarne certi grani da lui apertamente richiesti ai Legati del Re, durante l'armistizio, su la speranza che egli s'arrendesse. Venne dunque Giugurta nel campo Romano, come aveva

in castra venit: ac pauca praesenti consilio locutus de invidia facti sui, atque ut in deditionem acciperetur; reliqua cum Bestia, et Scauro secreta transegit: dein postero die, quasi per Saturam sententiis exquisitis, in deditionem accipitur. Sed, uti pro consilio imperatum erat, elephanti xxx. pecus, atque equi multi cum non parvo argenti pondere, quaestori traduntur. Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. in Numidia et exercitu nostro pax agitabatur.

XXX

Postquam res in Africa gestas, quoque modo actae forent, fama divulgavit, Romae per omnis locos, et conventus de facto consulis agitari: apud plebem gravis invidia: Patres soliciti erant: probarent ne tantum flagitium, an decretum consulis subverterent, parum constabat. Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiae ferebatur, a vero bonoque impediebat. At C. Memmius, cujus de libertate ingenii, et odio potentiae nobilitatis

prefisso; ed in pieno consiglio brevemente parlò delle imputazioni addossategli, e del volersi egli arrendere a Roma. Del rimanente in segreto con Calpurnio e Scauro trattò. Tennesi nel vegnente giorno un consiglio così alla rinfusa, per accettare la resa di Giugurta ai seguenti patti: Ch'egli rimetterebbeci trenta elefanti, infinito bestiame e cavalli, con qualche somma d'argento. Il che tutto consegnato al Questore, il Console Calpurnio verso Roma affrettossi, per averne la ratificazione dai magistrati. Intanto fra noi e i Numidi era pace.

XXX

Ma divolgatosi in Roma, a quai patti, susurravasi per ogni trivio da tutti i ceti su l'operare del Console. I di lui andamenti rendevanlo odiosissimo al popolo; nè per anco sapevasi, se i Padri approverebbero o annullerebbero le sue infamità. Il credito grande di Scauro consigliere parente di Calpurnio, dal retto sentiero sommamente distoglieali. Ma Cajo Memmio, noto pel suo libero ingegno e per l'astio contro la patrizia tirannide, non tralascia-

supra diximus; inter dubitationem et moras senatus, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne rempublicam, ne libertatem suam desererent: multa superba, crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Romae Memmii facundia clara pollensque fuit; decere existumavi, unam ex tam multis orationem ejus perscribere: ac potissimum ea dicam, quae in concione post reditum Bestiae hujuscemodi verbis disseruit.

XXXI

» Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium reipublicae omnia superet; opes factionis, vestra patientia, jus nullum; ac maxume, quod innocentiae plus periculi, quam honoris est. Nam illa quidem piget dicere, his annis xv. quam ludibrio fueritis superbiae paucorum; quam foede, quamque inulti perierint vestri defensores; uti vobis animus ab ignavia, atque socordia corruptus sit: qui ne nunc quidem, obnoxiis inimicis,

va, fra le ambági e gl' indugj del Senato, di esortare in ringhiera il popolo alla vendetta, la libertà rammentandogli e la repubblica; molti superbi e crudeli esempj adducendo de' nobili, e contr' essi a più potere attizzando lo sdegno della plebe. Era in que' tempi chiarissima ed efficace la eloquenza di Memmio: perciò, delle sue tante orazioni mi parve d' inserirne una quì; e sovra tutte trascelgo questa da lui pronunżiata al popolo, tornato Calpurnio.

XXXI

» Molte ragioni mi allontanerebbero, o Roma-
» ni, da voi, se in me l'amor del ben pubblico non
» superasse, e le possenti fazioni, e la soverchia
» vostra sofferenza, e il reo silenzio delle leggi; e
» massimamente il pericoloso discredito in cui
» la vilipesa innocenza giace fra voi. Per voi ar-
» rossisco nel rammentarvi, come da ben quindi-
» ci anni il ludibrio di pochi superbi voi siate; di
» qual nefanda morte perissero i difensori vostri,
» invendicati finora; ed a qual segno infingarditi
» vi siate ed avviliti voi stessi: voi, che a pessimo

» exsurgitis ; atque etiam nunc timetis eos, » quibus vos decet terrori esse. Sed quam- » quam haec talia sunt : tamen, obviam » ire factionis potentiae, animus subigit. » Certe egò libertatem, quae mihi a pa- » rente meo tradita est, experiar : verum » id frustra, an ob rem faciam, in vestra » manu situm est, Quirites. Neque ego vos » hortor, quod saepe majores vestri fecere, » uti contra injurias armati eatis. Nihil vi, » nihil secessione opus est : necesse est, » suomet ipsi more praecipites eant. Occiso » Ti. Graccho, quem regnum parare aje- » bant, in plebem Romanam quaestiones » graves habitae sunt. post C. Gracchi, » et M. Fulvii caedem, item ordinis vestri » multi mortales in carcere necati sunt. » utriusque cladis non lex, verum lubido » eorum finem fecit. Sed sane fuerit regni » reparatio, plebi jura sua restituere. Quid- » quid sine sanguine civium ulcisci nequi- » tur, jure factum sit. Superioribus annis » taciti indignabamini aerarium expilari ; » reges, et populos liberos paucis nobili- » bus vectigal pendere ; penes eosdem et » summam gloriam, et maxumas divitias

» partito ridotti dai vostri nemici, non vi destate
» perciò, ma atterriti dagli altri vi state, mentre
» d'esser tremendi si aspetta a voi soli. Io nondi-
» meno, ben io, bastante petto mi sento da oppor-
» mi alla prepotente fazione dei nobili. Io ten-
» terò di adoprar certamente la libertà da' miei
» padri trasmessami: ma, che il mio tentar non
» sia indarno, sta in voi, o Romani. Nè vi esorto
» già io a vendicare, come un dì gli avi vostri, le
» ingiurie con l'armi: non fa quì d'uopo la forza,
» nè il segregarvi sul monte: lasciate sotto la lor
» propria gravezza precipitare costoro. Ucciso
» Tiberio Gracco con taccia di aspirare alla so-
» vranità, fu quindi assai martoriata la plebe:
« uccisi poi Cajo Gracco e Marco Fulvio, molti
» de' vostri furono miseramente in carcere truci-
» dati. Ed a ciascuna di quelle stragi, le leggi no,
» bensì dei patrizj il capriccio diè fine. Ma con-
» cedasi pure, che il restituire alla plebe i suoi
» dritti, preludio di tirannide fosse; legalmente
» adoprata si reputi ogni vendetta, poichè senza
» spargere il civile sangue niuna eseguirsene po-
» tea. Negli scorsi anni, con indignazione, ma
» tacita, voi pur tolleraste che pochi nobili si di-
» videssero il pubblico erario; che gli alleati Re,
» ed i liberi popoli fossero lor tributarj; che appo

» *esse: tamen haec talia facinora impune*
» *suscepisse, parum habuere; itaque pos-*
» *tremo leges, majestas vestra, divina*
» *et humana omnia hostibus tradita sunt.*
» *neque eos, qui ea fecere, pudet, aut poe-*
» *nitet: sed incedunt per ora vestra ma-*
» *gnifice, sacerdotia, et consulatus, pars*
» *triumphos suos ostentantes: perinde quasi*
» *ea honori, non praedae, habeant. servi*
» *aere parati injusta imperia dominorum*
» *non perferunt: vos, Quirites, imperio*
» *nati, aequo animo servitutem toleratis?*
» *At qui sunt hi, qui rempublicam occu-*
» *pavere? homines sceleratissumi, cruentis*
» *manibus, immani avaritia, nocentissimi,*
» *idemque superbissumi; quibus fides, de-*
» *cus, pietas, postremo honesta, atque*
» *inhonesta omnia quaestui sunt. Pars eo-*
» *rum, occidisse tribunos plebis, alii quae-*
» *stiones injustas, plerique caedem in vos*
» *fecisse, pro munimento habent. ita, quam*
» *quisque pessume fecit, tam maxume tu-*
» *tus est: metum a scelere suo ad igna-*
» *viam vestram transtulere: quos omnis, ea-*
» *dem cupere, eadem odisse, eadem me-*
» *tuere in unum coëgit. Sed haec inter*

» essi ad un tempo le più illustri cariche ed infi-
» nite ricchezze si accumulassero. Ed in premio
» poi dell'impunità a sì fatti delitti accordata, le
» leggi pur anco, il decoro, la maestà del popolo
» di Roma, le umane le divine cose, venderono
» essi stessi al nemico. Nè sono costor da rimor-
» so, nè da vergogna trafitti; ma tutto dì vi pas-
» seggiano innanzi, fastosi pe' lor Consolati, Sa-
» cerdozj, e trionfi; quasi che non rapiti, ma in
» premio ed onore acquistati legittimamente gli
» avessero. I compri schiavi mal soffrono dal
» loro Signore gl' ingiusti comandi: voi, nati
» all' impero, o Romani, di buon grado voi la
» servitù sopportate? e quali, quai sono codesti
» vostri tiranni? i più scellerati uomini, insan-
» guinati, malvagj, e superbi; trafficatori della
» fede, del decoro, della pietà, di quanto havvi
» in somma e d'onesto e di no. Qual si fa scudo
» dei trucidati Tribuni; qual, degli ingiustamen-
» te martoriati cittadini; molti, dell'aver fatta di
» voi stessi ampia strage. Così, quanto più pessi-
» mi, tanto sicuri più vivono; e il timore ai delitti
» compagno, da' rei loro cuori traspiantano nella
» dappocaggine vostra: talmente fra loro acco-
» munati essi e ristretti, che bramano tutti ed
» odiano e temono le cose stessissime: il che

» *bonos amicitia, inter malos factio est.*
» *Quod si vos tam libertatis curam habe-*
» *retis, quam illi ad dominationem accensi*
» *sunt, profecto neque respublica sicuti*
» *nunc, vastaretur, et beneficia vestra pe-*
» *nes optumos, non audacissumos, fo-*
» *rent. Majores vestri parandi juris, et*
» *majestatis constituendae gratia, bis per*
» *secessionem armati Aventinum occupa-*
» *vere: vos pro libertate quam ab illis*
» *accepistis, non ne summa ope nitemi-*
» *ni? atque eo vehementius, quo majus*
» *dedecus est, parta amittere, quam omni-*
» *no non paravisse? Dicet aliquis, quid*
» *igitur censes? vindicandum in eos, qui*
» *hosti prodidere rempublicam non ma-*
» *nu, neque vi; quod magis, vos fecis-*
» *se, quam illis accidisse, indignum est;*
» *verum quaestionibus, et indicio ipsius*
» *Jugurthae. qui si dedititius est; pro-*
» *fecto jussis vestris obediens erit: sin ea*
» *contemnit; scilicet aestimabitis, qualis*
» *illa pax, aut deditio sit, ex qua ad*
» *Jugurtham scelerum impunitas, ad pau-*
» *cos potentis maxumae divitiae, in rem-*
» *publicam damna, atque dedecora per-*

» tra' buoni suol d' amicizia esser pegno, di
» turbolenza tra' rei. Che se avvampaste voi
» altrettanto di libertà, quanto di tirannide essi,
» nè la Repubblica al certo sarebbe, siccom'è,
» devastata; nè i benefizj vostri agli audacis-
» simi uomini, ma agli ottimi toccherebbero.
» Due volte i vostri avi si ritiravano armati
» su l'Aventino, per assicurar con le leggi
» la loro maestà: e, per quella libertà da
» essi trasmessavi, non fareste voi ora ogni
» sforzo? e tanto più fiero, quanto è mag-
» gior vergogna d'assai il perdere l'acquista-
» to, che il non l'avere pur mai posseduto.
» Dirammi taluno: Or, che pronunzi tu
» dunque? I traditori che ci han venduti al
» nimico, puniscansi; non colla forza del-
» l' armi, che a voi più sconverrebbesi il
» farlo, che ad essi il patirlo; ma proces-
» sandoli, e valendosi delle deposizioni del-
» l' istesso Giugurta, il quale se veramente
» s' è arreso, sarà all' obbedirvi disposto:
» ov' egli nol fosse, arguirete voi quindi qual
» dedizione sia questa e qual pace, da cui
» la impunità intera de' suoi misfatti ne ri-
» donda a Giugurta; sterminate ricchezze,
» ad alcuni potenti; alla Repubblica, danno

» *venerint. Nisi forte nondum etiam vos*
» *dominationis eorum satietas tenet: et illa,*
» *quam haec tempora, magis placent,*
» *cum regna, provinciae, leges, jura,*
» *judicia, bella, atque paces; postremo*
» *divina et humana omnia penes paucos*
» *erant: vos autem, hoc est, Populus*
» *Romanus, invicti ab hostibus, impera-*
» *tores omnium gentium, satis habebatis*
» *animam retinere. Nam servitutem qui-*
» *dem quis vestrum audebat recusare?*
» *Atque ego tametsi virum flagitiosissu-*
» *mum existumo impune injuriam accepisse;*
» *tamen, vos hominibus sceleratissumis*
» *ignoscere, quoniam cives sunt, aequo*
» *animo paterer, ni misericordia in perni-*
» *ciem casura esset. Nam et illis, quan-*
» *tum importunitatis habent, parum est*
» *impune male fecisse, nisi deinde faciun-*
» *di licentia eripitur; et vobis aeterna so-*
» *licitudo remanebit, cum intellegetis aut*
» *serviendum esse, aut per manus liberta-*
» *tem retinendam. Nam fidei quidem, aut*
» *concordiae quae spes est? Dominari illi*
» *volunt, vos liberi esse: facere illi in-*
» *jurias, vos prohibere: postremo sociis*

» e disdoro. Si puniscano, dico, costoro; se » pure della tirannide loro siete voi sazj ab» bastanza; e se a voi, più di questi non » piaccion que' tempi, ove leggi, diritti, ma» gistrature , guerra, pace, umane e divine » cose, in mano dei pochi trovavansi; men» tre voi stessi (cioè il Romano Popolo) » invincibili dagli esteri nemici, e signori » dell' universo, ascrivevate in Roma a gua» dagno la vita. E la vita ben sola: poichè, » qual di voi, ricusare il servaggio atten» tavasi? Ed io, benchè turpissima cosa io » reputi il tollerare impuniti gli oltraggi, » soffrirei nondimeno che a quegli scellera» tissimi uomini voi perdonaste, come a cit» tadini, se in vostro danno non ricadesse » il perdono. Nè basta a codesti superbi » de' passati misfatti la impunità, se per » l'avvenire il poter non si usurpano di rin» novarli: nè voi in pace vi rimarrete giam» mai, vedendovi od al servire costretti, od » al combattere per conservar libertà. Qual » fede oramai, qual più concordia sperate? » Signoreggiar voglion essi; voi, liberi vive» re; essi oltraggiare, voi non soffrire: e » voglion nemici perfino reputar gli alleati,

» *vestris veluti hostibus, hostibus pro sociis*
» *utuntur. Potest ne in tam divorsis menti-*
» *bus pax, aut amicitia esse? Quare mo-*
» *neo, hortorque vos, ne tantum scelus*
» *impunitum dimittatis. Non peculatus ae-*
» *rarii factus est: neque per vim sociis*
» *ereptae pecuniae, quae quamquam gra-*
» *via sunt, tamen consuetudine jam pro*
» *nihilo habentur. Hosti acerrumo prodita*
» *senatus auctoritas, proditum imperium*
» *vestrum: domi militiaeque respublica ve-*
» *nalis fuit, quae nisi quaesita erunt,*
» *nisi vindicatum in noxios, quid erit*
» *reliquum, nisi ut illis, qui ea fece-*
» *re, obedientes vivamus? Nam impune*
» *quaelibet facere, id est Regem es-*
» *se. Neque ego vos, Quirites, hortor,*
» *uti jam malitis civis vestros perperam,*
» *quam recte, fecisse: sed ne, ignoscendo*
» *malis, bonos perditum eatis. Ad hoc,*
» *in republica multo praestat, bene-*
» *ficii, quam maleficii, immemorem esse.*
» *Bonus tantummodo segnior fit, ubi ne-*
» *glegas: at malus improbior. Ad hoc,*
» *si injuriae non sint, haud saepe au-*
» *xilii egeas.* »

» ed alleati i nemici. Che più? fra dispareri co-
» tanti, puossi in appresso mai pace, puossi
» amicizia, sperare? Io vi consiglio perciò di
» non lasciare impunite le scelleraggini loro. Nè
» oggi dell'erario spogliato, nè delle ricchezze
» agli amici stessi predate si tratta; cose in vero
» gravissime, eppure, stante la pessima assue-
» fazione, un nulla oramai reputate. Ma, l'auto-
» rità del Senato ad un acerbissimo nemico di
» Roma vendutasi; l'imperio vostro tradito; fat-
» tosi in casa ed in campo della intera Repub-
» blica traffico: son questi i delitti, che non
» ricercati e impuniti, niun altro partito a noi la-
» sciano se non se di obbedire alla scelleratezza
» di chi commettevali. Che il commettere con
» impunità ogni eccesso, quest'è l'esser Re vera-
» mente. Ma io non vi esorto, o Quiriti, a mali-
» gnamente allegrarvi delle colpe dei cittadini
» vostri; vi dico bensì, che perdonando ai catti-
» vi, corromperete anco i buoni. Ed aggiungovi,
» che nelle pubbliche cose, più delle colpe che
» dei benefizj convien ricordarsi. I buoni, ne-
» gletti, possono, è vero, divenire al ben oprare
» più tardi; ma pessimi, i rei. Là dove, in som-
» ma, non vi sarà chi mal faccia, rade volte in
» pericolo starà la Repubblica. »

XXXII

Haec, atque alia hujuscemodi saepe dicundo, C. Memmius populo Romano persuadet, uti L. Cassius, qui tum praetor erat, ad Jugurtham mitteretur: eumque, interposita fide publica, Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri, et reliquorum, quos pecuniae captae arcessebant, delicta patefierent. Dum haec Romae geruntur, qui in Numidia relicti ab Bestia exercitui praeerant, secuti morem imperatoris sui, plurima, et flagitiosissuma facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti, elephantos Jugurthae traderent; alii perfugas venderent: pars ex pacatis praedas agebant. Tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes, invaserat. At Cassius praetor, perlata rogatione a C. Memmio, ac perculsa omni nobilitate, ad Jugurtham proficiscitur: eique timido, et ex conscientia diffidenti rebus suis, persuadet, quoniam se populo Romano dedidisset, ne vim, quam misericordiam ejus, experiri malit: privatim praeterea fidem suam inter-

XXXII

Con tali, o simili, detti, Cajo Memmio otteneva al fine dal popolo, che Lucio Cassio allora Pretore venisse inviato a Giugurta, per condurlo su la pubblica fede in Roma: essendo la testimonianza del Re il più spedito mezzo per convincere Scauro e i tanti altri accusati di peculato. Frattanto, quelli a cui in Numidia era stato affidato l'esercito da Calpurnio, emuli del lor capitano, sozze ed infami opere commetteano a gara. Chi, per danari, a Giugurta restituiva i tolti elefanti, chi i disertori; altri se ne andavano predando gli amici: cotanto ammorbati i loro animi avea la pestilente avarizia. Ma, prevalendo in Roma la facondia di Memmio, il Pretor Lucio Cassio, a dispetto de' patrizj tutti, fa vela per l'Affrica. Giuntovi, egli risolve a stento Giugurta, ondeggiante e per le sue reità diffidente, ad arrendersi davvero al popol Romano; ed a sperimentarne anzi la pietà che la forza. Cassio, oltre alla pubblica, impegnava pur anche la privata

ponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. Talis ea tempestate fama de Cassio erat.

XXXIII

Igitur Jugurtha, contra decus regium, cultu quam maxume miserabili, Romam venit. Ac tametsi in ipso magna vis animi erat, confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat, quae supra memoravimus, C. Baebium tribunum plebis magna mercede parat, cujus impudentia contra jus, et injurias omnis munitus foret. Ac C. Memmius advocata concione; quamquam regi infesta plebes erat, et pars in vincula duci jubebat, pars, ni socios sceleris aperiret, more majorum de hoste supplicium sumi; dignitati magis, quam irae consulens, sedare motus, et animos eorum mollire; postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore. Post, ubi silentium coepit, producto Jugurtha, verba facit: Romae, Numidiaeque facinora ejus memorat; scelera in patrem, fratres-

sua fede, ch' egli stesso non tenea punto minore: tanta era in que' tempi di Cassio la fama.

XXXIII

Giugurta dunque, contro al regio decoro, con ristrettissima corte veniva condotto in Roma da Cassio. Quivi egli, già per natura audacissimo, e vieppiù incoraggito dai fautori tutti delle iniquità sue, con molto danaro soldavasi la impudenza di Cajo Bebbio Tribuno, per farsene scudo contra le leggi e gli oltraggi. Ma Memmio arringava la plebe, insuperbita assai contro al Re: chi lo voleva in catene, chi giustiziato volevalo, ov' egli non rivelasse i suoi complici. Onde Memmio, più alla maestà di Roma che al popolare sdegno mirando, di placarlo e di raddolcirlo ingegnavasi, affermando che mai non infrangerebbe egli la pubblica fede. Fatto finalmente silenzio, comparve Giugurta. Memmio gli disse: » Roma e » la Numidia essere testimonj de' di lui » delitti: nell' una trucidati il padre e i » fratelli; comprati nell' altra i ministri e

que ostendit: quibus juvantibus, quibusque ministris ea egerit, quamquam intellegat populus Romanus, tamen velle manifesta magis ex illo habere: si verum aperiat, in fide, et clementia populi Romani magnam spem illi sitam: sin reticeat, non sociis saluti fore, sed se suasque spes corrupturum.

XXXIV

Dein, ubi Memmius dicendi finem fecit, et Jugurtha respondere jussus est, C. Baebius tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra diximus, regem tacere jubet: ac, tametsi multitudo, quae in concione aderat, vehementer accensa, terrebat eum clamore, vultu, saepe impetu, atque aliis omnibus, quae ira fieri amat; vicit tamen impudentia. Ita populus, ludibrio habitus, ex concione discedit: Jugurthae Bestiaeque, et caeteris, quos illa quaestio exagitabat, animi augescunt.

» sostegni alle sue crudeltà: al popolo Romano » il tutto esser noto. Nondimeno, poterlo egli » stesso più manifestamente chiarir d'ogni cosa. » Ove con ischiettezza favelli, speri egli non » poco nella fede e clemenza del popol Ro» mano; ove al tacere si ostini, pensi che senza » salvare i suoi complici, le sue proprie speran» ze rovinerà còn se stesso.»

XXXIV

Taciutosi Memmio, fu intimato a Giugurta di rispondere. Ma quel Cajo Bebbio Tribuno, che come accennai, venduto gli s'era, gl' intimò di tacere. E benchè la spettatrice turba ferocemente infiammata, con torvi sguardi e schiamazzi e tumultuosi ondeggiamenti ed altri patenti terribili indizj di sdegno, il Re minacciasse, vinse nondimeno la impudenza di Bebbio. Onde il popolo sbeffato abbandonò il Foro. Giugurta perciò, e Calpurnio, ed i rimanenti in quella causa intricati, maggiormente s'inanimirono.

XXXV

Erat ea tempestate Romae Numida quidam, nomine Massiva, Gulussae filius, Masinissae nepos: qui, quia in dissensione regum, Jugurthae advorsus fuerat, dedita Cirta, et Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Sp. Albinus, qui proxumo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo Consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissae sit, Jugurtham ob scelera invidia cum metu urgeat, regnum Numidiae ab senatu petat. Avidus consul belli gerundi, moveri, quam senescere, omnia malebat. ipsi provincià Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Quae postquam Massiva agitare coepit: neque Jugurthae in amicis satis praesidii est; quod eorum alium conscientia, alium mala fama, et timor animi impediebat: Bomilcari proxumo, ac maxume fido sibi, imperat, pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivae paret: ac maxume occulte; sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat. Bomil-

XXXV

Trovavasi allora in Roma un Numida chiamato Massiva, di Gulussa figlio, di Massinissa nipote. Questi, per essere stato nelle guerre civili contrario a Giugurta, arresasi Cirta, e ucciso Aderbale, sottratto dall' Affrica s' era. Spurio Albino, Console eletto con Quinto Minucio Rufo per poi succedere a Calpurnio, venne persuadendo a Massiva di prevalersi de' suoi natali, d'incalzare la reità di Giugurta facendolo abborrire dal pubblico e tremar per se stesso; e di chiedere inoltre al Senato il trono della Numidia per se. Spurio, ansioso di guerreggiar come Console, intorbidare anzi che acquetare le cose, studiavasi. Aveva egli sortito la Numidia, Minucio la Macedonia. Incominciò Massiva i raggiri. Nè Giugurta abbastanza affidavasi negli amici, inoperosi vedendoli; qual per rimorso, qual per la pessima fama, e qual per timore. Egli perciò a Bomilcare suo congiunto e fidissimo impone di tendere a Massiva quelle insidie stesse, con cui già oppressi ne avea tanti altri: e che, se occulte non giovano, a qualunque costo lo uccida. Bomilcare tosto

car mature regis mandata exsequitur; et per homines talis negotii artifices, itinera, egressusque ejus, postremo loca, atque tempora cuncta explorat: dein, ubi res postulabat, insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, paullo inconsultius Massivam aggreditur, illum obtruncat: sed ipse deprehensus, multis hortantibus, et in primis Albino consule, indicium profitetur. fit reus magis ex aequo bonoque, quam ex jure gentium Bomilcar, comes ejus, qui Romam fide publica venerat. At Jugurtha, manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animadvortit, super gratiam, atque pecuniam suam, invidiam facti esse. Igitur quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat, regno magis, quam vadibus consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, veritus, ne reliquos popularis metus invaderet parendi sibi, si de illo supplicium sumtum foret. et ipse paucis diebus eodem profectus est, jussus a senatu Italia decedere. Sed postquam Roma egressus est, fertur, saepe tacitus eo re-

obbedisce; e fatti spiare da gente usa a cotali iniquità gli andamenti di Massiva, luogo e tempo aspettava opportuno. Trovatolo, da uno degli appostati manigoldi quasi apertamente assalito Massiva, fu morto: ma il troppo temerario sgherro vien preso, e ad istanza di molti, principalmente del Console Albino, egli discopre la trama. Troppo era reo Bomilcare, perchè salvarlo potesse il diritto delle genti, sotto la cui pubblica fede venuto era in Roma. Giugurta ciò non ostante, benchè manifesto autore di cotanta scelleraggine, mai non si astenne d'impudentemente difenderlo, se non quando conobbe impossibile il ricomprare, nè con danari nè con seduzione, un sì fatto delitto. Cinquanta de' più intimi suoi aveva egli dato da prima in ostaggi; ma più oramai al suo utile che non agli ostaggi pensando, occultamente fece fuggire in Numidia Bomilcare; temendo a ragione, che giustiziato costui, gli altri sudditi suoi dubiterebbero assai di obbedirlo. Giugurta stesso, impostogli allor dal Senato di uscir' d'Italia, seguitò da presso Bomilcare. Dicesi, che giunto fuori di Roma, più volte indietro a mirarla tacitamente rivoltosi, prorompesse finalmente

spiciens, postremo dixisse, Urbem venalem, et mature perituram, si emtorem invenerit.

XXXVI

Interim Albinus, renovato bello, commeatum, stipendium, aliaque, quae militibus usui forent, maturat in Africam portare; ac statim ipse profectus, ut ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis, aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret. At contra Jugurtha trahere omnia, et alias, deinde alias morae caussas facere; polliceri deditionem, ac deinde metum simulare: instanti cedere, et paullo post, ne sui diffiderent, instare: ita belli modo, modo pacis mora consulem ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilii regis existumarent; neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia magis, quam dolo crederent. Sed postquam, dilapso tempore, comitiorum dies adventabant; Albinus, Aulo fratre in castris propraetore relicto, Romam decessit.

» in tal grido: » O venalissima città, ben » sarebbe la tua distruzione matura, ove il » comprator tu trovassi. »

XXXVI

Rinnovatasi in tal modo la guerra, Albino sollecitamente naviga verso l'Affrica con armi, e danari, e vettovaglie, e quanto a soldati abbisognasi. Sperava egli prima de' comizj, che già si appressavano, o coll'armi od a patti o comunque, dar fine alla guerra. Giugurta all'incontro, tempo a tempo aggiungeva, protraendo, pretestando, indugiando: or prometteva di arrendersi, ora fingea diffidenza; incalzato, parea voler cedere; ottenuto appena respiro, per ridestare fiducia ne' suoi, incalzava egli stesso i Romani: così nè pace nè guerra facendo col Console, a bada pur lo teneva. Fu chi stimò, essere Albino d'accordo col Re; parendo egli, più per malizia che per lentezza, protrarre una guerra sì caldamente da esso intrapresa. Appressavansi fra questi indugj i comizj: onde Albino, lasciato Vicepretore nel campo Aulo di lui fratello, andossene in Roma.

XXXVII

Ea tempestate Romae seditionibus tribuniciis atrociter respublica agitabatur. P. Lucullus, et L. Annius, tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur: quae dissensio totius anni comitia impediebat. Ea mora in spem adductus Aulus, quem propraetorem in castris relictum supra diximus, aut conficiundi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiundae, milites mense Januario ex hybernis in expeditionem evocat; magnisque itineribus hieme aspera pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant. Quod quamquam, et saevitia temporis, et opportunitate loci, neque capi, neque obsideri poterat: (nam circum murum, situm in praerupti montis extremo, planicies limosa hiemalibus aquis paludem fecerat) tamen, aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet; aut cupidinè caecus, ob thesauros oppidi potiundi, vineas agere, aggerem jacere; aliaque, quae incepto usui forent, properare.

XXXVII

In orribile scompiglio trovavasi allora la città, pe' sediziosi Tribuni. Due d'essi, Publio Lucullo, e Lucio Annio, malgrado i colleghi, volevano a forza rimanere nel Tribunato: dissensione, che da un anno impediva i comizj. Aulo, rimasto, come dissi, Vicepretore in Numidia, sperò in questo frattempo o di dar fine alla guerra, o coll'atterrire Giugurta coll'armi, di estrarne danari. Perciò, di Gennajo, trae da' quartieri d'inverno i soldati; quindi, con larghi giri a cagione dei guasti cammini, perviene con l'esercito a Sutul, borgo in cui custodivasi il regio tesoro. Su l'erta d'uno scosceso monte, circondato di mura sta Sutul. Il piano per cui vi si arriva, per le gran piogge invernali era fatto palude. Con tutto ciò, malgrado l'asprezza della stagione e del luogo, Aulo, o per finzione a fine d'intimorire il Re, o acciecato dall'avidità del tesoro, vi pone il vallo; e stromenti d'assedio, e quanto a tal impresa richiedeasi, a fretta prepara.

XXXVIII

At Jugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdolus ejus augere amentiam: missitare supplicantis legatos: ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca, et tramites exercitum ductare. Denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese, veluti cedentem, insequeretur: ita delicta occultiora fuere. Interea per homines callidos, diu, noctuque exercitum tentabat: centuriones, ducesque turmarum partim, uti transfugerent, corrumpere; alii, signo dato, locum uti desererent. Quae postquam ex sententia instruxit; intempesta nocte de improviso multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. Milites Romani, perculsi tumultu insolito, arma capere alii: alii se abdere: pars territos confirmare: trepidare: omnibus locis vis magna hostium: coelum nocte, atque nubibus obscuratum: periculum anceps: postremo, fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paullo

XXXVIII

Conobbe tosto Giugurta la vanitosa imperizia del Legato. Perciò destramente si dà a secondar la sua insania; ora supplichevoli messi gli va inviando, ora si finge atterrito; e, quasi fuggiasco, per boschi e deserti travia il suo esercito. Aulo, insperanzito che Giugurta gli si possa arrendere, a poco a poco vien tratto da Sutul nelle più interne parti del regno; lasciandovisi Giugurta, quasi ch' egli cedesse, inseguire: così i suoi iniqui disegni ottimamente velava. Astuti ministri frattanto, incessantemente nell' esercito nostro per lui si adopravano: tentati e corrotti più centurioni e capitani, promettcano gli uni disertare, gli altri ad un dato tempo sfornire di gente i loro posti. Preparate in tal modo le cose, Giugurta improvvisamente di notte assaliva con molti Numidi il campo Romano. Sopraffatti dall'inaspettato tumulto i soldati, altri correvano all'armi, altri a celarsi; alcuni riordinavano i vili: ma tutti trepidi stavansi. Per ogni parte nemici: di densi nuvoli ottenebrata la notte: incalzante il pericolo; e dubbia cosa, se più scampo riesca il fuggire o il restare. Intanto fra quei tra-

ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum duabus turmis Thracum, et paucis gregariis militibus, transiere ad regem: et centurio primipili tertiae legionis per munitionem, quam, uti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit: eaque Numidae cuncti irrupere. Nostri foeda fuga, plerique abjectis armis, proxumum collem occupavere. Nox, atque praeda castrorum, hostis, quo minus victoria uterentur, remorata sunt. Dein Jugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: tametsi ipsum cum exercitu fame ferroque clausum teneret; tamen se memorem rerum humanarum, si secum foedus faceret, incolumis omnis sub jugum missurum: praeterea, uti diebus decem Numidia decederet. Quae gravia quamquam, et flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu nutabant, sicuti regi lubuerat, pax convenit.

XXXIX

Sed ubi ea Romae comperta sunt; metus atque moeror civitatem invasere: pars

ditori, ch' io dissi essere stati comprati dal Re, una coorte di Liguri, due squadre di Traci, ed alcuni legionarj, passavano ad esso. Ed un primo centurione della terza legione apriva per la trincea a lui affidata il varco ai Numidi, che di là nel nostro campo proruppero. Fuggono vergognosamente i Romani; e molti, gittate le armi, occupano un'altura vicina. Le tenebre, e il darsi i nemici al predare, scemarono loro i frutti della vittoria. Al raggiornare, abboccatosi Giugurta con Aulo, gli espose; » Lui e il suo esercito esser
» quivi rinchiusi, e stare in sua mano lo spegner-
» li o con la fame o col ferro. Ma, nondimeno,
» memore egli pur sempre delle umane vicende,
» volerli, ove Aulo seco patteggi, lasciare uscir
» sani e salvi, fattili prima passar sotto il giogo:
» e ch'essi inoltre fra dieci dì sgombrare doves-
» sero dalla Numidia ». Grave ed infame era oltre ogni dire il partito: ma, prevalendo pure il timor della morte, la obbrobriosa pace, come al Re piacque, accettarono.

XXXIX

Pervenutane in Roma la nuova, di tristezza e terrore tutta la città riempivasi: chi deplorava la

dolore pro gloria imperii; pars insolita rerum bellicarum, timere libertati: Aulo omnes infesti, ac maxume qui bello saepe praeclari fuerant, quod armatus dedecore potius, quam manu, salutem quaesiverit. Ob ea consul Albinus, ex delicto fratris invidiam, ac deinde periculum timens; senatum de foedere consulebat: et tamen interim exercitui supplementum scribere, ab sociis et nomine Latino auxilia accersere; denique omnibus modis festinare: senatus ita, uti par fuerat, decernit, suo atque populi injussu nullum potuisse foedus fieri. Consul impeditus a tribunis plebis, ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in Africam proficiscitur. Nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus in provincia hiemabat. Postquam eo venit; quamquam persequi Jugurtham, et mederi fraternae invidiae animo ardebat; cognitis militibus, quos praeter fugam, soluto imperio, licentia, atque lascivia corruperat, ex copia rerum statuit, sibi nihil agitandum.

gloria dell'imperio macchiata; chi, delle militari vicende inesperto, per la libertà di Roma stessa temeva. Ma tutti, e maggiormente quelli già in guerra illustratisi, infierivan contr'Aulo, il quale benchè armato, col disonore pria che con la forza procacciato si era lo scampo. Perciò il Console Albino, della fraterna infamia temendo e per se stesso e per Roma, opinare faceva il Senato intorno alla pattuita pace; ed affrettavasi ad un tempo di arruolar nuova gente per rifornire lo sconfitto esercito: inscrivendovi ajuti e dagli alleati, e dai Latini; e di ogni mezzo in somma valendosi. Il Senato (come ben dovea) decreta: Che senza ordine suo e del popolo, non si erano potuti fermare validi patti. Albino, impeditogli dai Tribuni del popolo il poter menar seco nell'Affrica le nuove milizie, pochi giorni dopo senz'esse vi andava. L'esercito nostro, secondo i patti, svernava fuori della Numidia. Giunto ivi il Console, benchè d'inseguir Giugurta, e di ammendare l'obbrobriosa fraterna bruttura avvampasse, visitato ch'egli ebbe il suo esercito, e trovati i soldati non solo fuggiaschi ma licenziosi, da ogni imperio disciolti e corrotti, da tali circostanze fu astretto a non muoversi.

XL

Interea Romae C. Mamilius Limetanus Tribunus plebis rogationem ad populum promulgat, uti quaereretur in eos, quorum consilio Jugurtha senati decreta neglexisset; quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent; item, qui de pace, aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa, et alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos, ac maxume per homines nominis Latini, et socios Italicos impedimenta parabant. Sed plebes, incredibile memoratu est, quantum intenta fuerit, quantaque vi rogationem jusserit, decreverit, voluerit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicae. Tanta lubido in partibus erat. Igitur, ceteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Bestiae fuisse supra memoravi-

XL

In Roma frattanto Cajo Mamilio Limetano, Tribuno della plebe, proponeva in ringhiera di informar contro quelli, che aveano consigliato a Giugurta di trascurare i decreti del Senato; contro quelli, che nelle ambascerie e comandi s'eran lasciati corrompere; contro quelli, che i presi elefanti e disertori aveano venduti al nemico; contro quanti finalmente aveano con esso o in pace o in guerra patteggiato. A sì fatta proposta, chi per mala coscienza, chi dalla discordia delle parti temendo pericoli; niuno potendo però, senza mostrarsi complice od approvatore dei suddetti misfatti, apertamente resistere; sordamente per bocca d'amici, e massime di Latini e d'Italici alleati, andavan facendo insorgere degli ostacoli. Ma la plebe, incredibile a dirsi quanto inasprita, quanto ostinata per la proposta del Tribuno, ordinò, decretò, volle a forza che si ammettesse la informazione; più per odio dei nobili, che per amore della repubblica: tanta era del parteggiar la ferocia. Tremanti tutti si stavano, e massimamente i colpevoli: Scauro fra questi, che come sopra accennai, era stato Lega-

mus, inter laetitiam plebis, et suorum fugam, trepida etiam tum civitate, cum ex Mamiliana rogatione tres quaesitores rogarentur, effecerat, ut ipse in eo numero crearetur. Sed, quaestione exercita aspere violenterque ex rumore, et lubidine plebis, uti saepe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat.

XLI

Ceterum mos partium popularium, et senatus factionum, ac deinde omnium malarum artium, paucis ante annis Romae ortus est, otio atque abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam, populus, et senatus Romanus placide modesteque inter se rempublicam tractabant: neque gloriae, neque dominationis certamen inter civis erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. sed ubi formido illa mentibus decessit, ilicet ea, quae secundae res amant, lascivia atque superbia incessere. Ita, quod in advorsis rebus optave-

to di Calpurnio, fra la gioja della plebe e l'avvilimento de' nobili non ismarritosi perciò di coraggio, sapendo tre inquisitori da Mamilio richiedersi per l' intentato processo, facevasi egli eleggere l'uno dei tre. Quest'accusa riuscì clamorosa violenta ed asprissima; traendo allora la plebe, ad esempio anch'essa dei nobili, insolenza ed audacia dai prosperi eventi.

XLI

Questa pessima usanza di dividersi i Romani in popolare e senatoria fazione, e quanti vizj doveva tal dissensione produrre, nati erano pochi anni prima e dall'ozio e dall'abbondanza di quelle cose, che reputan gli uomini prime. Finchè Cartagine stette, il popolo e il Senato placidamente e con moderazione reggevano uniti la repubblica: nè di gloria nè di dominio erasi fra' cittadini intromessa la gara, tenendoli nel loro dovere ristretti il terror dei nemici. Cessato quel salubre timore, sottentrarono la corruzione e la superbia, usate seguaci della prosperità. Così quell'ozio che ne' travagli aveano bra-

rant, otium, postquam adepti sunt, asperius, acerbiusque fuit. Namque coepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partis abstracta sunt, respublica, quae media fuerat, dilacerata. Ceterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis soluta, atque in multitudinem dispersa, minus poterat. paucorum arbitrio belli domique respublica agitabatur: penes eosdem aerarium, provinciae, magistratus, gloriae, triumphique erant: populus militia atque inopia urgebatur; praedas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea parentes, aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia, avaritia sine modo, modestiaque invadere, polluere, et vastare omnia; nihil pensi, neque sancti habere, quoad semet ipsa praecipitavit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam injustae potentiae anteponerent: moveri civitas, et dissensio civilis, quasi permixtio terrae, oriri coepit.

mato, riusciva loro, ottenutolo, più aspro ed acerbo. I nobili, la lor dignità, i plebei la lor libertà in signoria trasmutando, ciascuno per se diessi a trarre, a rapire, a straziare: e fra le cozzanti parti la repubblica tolta nel mezzo, crudelmente fu lacerata. Ma i nobili, fra loro più riuniti, assai prevalevano: sconnessa e dispersa la plebe, di minor forza mostravasi. Stavano in mano di pochi la guerra, il governo, l'erario, le provincie, i trionfi, e le glorie. Il popolo dall'armi e dall'indigenza oppressissimo sempre, vedeva le guerriere prede fra i capitani divise e rapite. I padri o figli di soldati, ove alcuna delle lor possessioni trovavasi confinare con qualche potente, ne rimaneano spogliati. La prepotenza così e l'avarizia, senza nè misura nè modo, tutto cominciarono ad invadere, violar, devastare; nulla rispettando di sacro, finchè per se stessa crollò la corrotta repubblica. Perocchè appena alcuni de' nobili la verace gloria alla prepotenza anteposero, turbatasi e sconvoltasi tosto la città, quasi un fatal terremoto, le civili discordie scoppiarono.

XLII

Nam postquam Tiberius, et C. Gracchus, quorum majores Punico, atque aliis bellis multum reipublicae addiderant, vindicare plebem in libertatem, et paucorum scelera patefacere coepere: nobilitas noxia, atque eo perculsa, modo per socios, et nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Cajum, Tribunum plebis alterum, alterum triumvirum coloniis deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferro necaverat. Et sane Gracchis, cupidine victoriae, haud satis animus moderatus fuit. Sed bono vinci satius est, quam malo more injuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa, mortalis multos ferro aut fuga exstinxit; plusque in reliquum sibi timoris, quam potentiae, addidit: quae res plerumque magnas civitates pessum dedit: dum alteri alteros vincere quovis modo; et victos

XLII

Tiberio, e Cajo Gracco, i di cui maggiori nelle guerre Puniche ed altre, avevano l'imperio di Roma non poco allargato, primi attentaronsi di richiamare il popolo a libertà; le scelleratezze de' pochi oppressori suoi disvelandogli. Colpevoli i nobili, e perciò risentiti, andavano opponendo ai maneggi de' Gracchi, ora gli alleati, ora i Latini, e talvolta anche i cavalieri Romani, che insperanziti del patriziato staccati si erano dalla plebe. Da prima facevano trucidare Tiberio Gracco, Tribuno del popolo; quindi a pochi anni Cajo, che, insieme con Marco Fulvio Flacco, Triumviro, era alle colonie da fondarsi preposto. I Gracchi per certo smoderatamente aveano bramato aver palma dell'abbattuta nobiltà: ma più laudevole pure si è l'esser vinto per legittimi mezzi, che l'essere per via d'iniqui vincitore. I nobili dunque abusando poi di sì fatta vittoria, molti de' loro avversarj coll'esiglio, molti col ferro ne spensero: dal che in appresso più temuti assai che potenti riuscirono. E delle maggiori città fu spesso ciò la rovina, ogniqualvolta i cittadini volendo ad ogni costo soggiogarsi l'un

acerbius ulcisci volunt. Sed de studiis partium, et omnibus civitatis moribus si singillatim, aut pro magnitudine parem disserere; tempus, quam res, maturius deseret. quamobrem ad incoeptum redeo.

XLIII

Post Auli foedus, exercitusque nostri fugam foedam, Metellus, et Silanus consules designati, provincias inter se partiverant: Metelloque Numidia evenerat, acri viro, et quamquam adverso populi partibus, fama tamen aequabili, et inviolata. Is ubi primum magistratum ingressus est; alia omnia sibi cum collega communia ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, milites scribere, praesidia undique accersere: arma, tela, equos, et cetera instrumenta militiae parare, ad hoc commeatum affatim, denique omnia, quae in bello vario, et rerum multarum egenti, usui esse solent. Ceterum ad ea patranda senatus auctoritate, socii, nomenque La-

l'altro, incrudelirono poscia coi vinti. Ma se minutamente, secondo l'importanza del fatto, io volessi discorrere dell'animosità delle parti, e di tutti i costumi di Roma, il tempo, anzi che le parole, verrebbemi meno. Perciò al soggetto ritorno.

XLIII

Dopo la pace d'Aulo, e la turpe fuga del nostro esercito, Quinto Metello e Marco Silano Consoli eletti, essendosi ripartite le provincie, toccata era la Numidia a Metello, prod'uomo, e benchè non fautore del popolo, di fama nondimeno incorrotta appo tutti. Questi, appena entrato in dignità, alla guerra, incarico solo ch'egli non dividea col collega, l'animo intero rivolse. Quindi a ragion diffidando del vecchio esercito, davasi ad arruolar nuova gente; a raccogliere ajuti da ogni parte; armi, saette, cavalli, ed ogni bellico stromento apprestare; e vettovaglie ampiamente; e quanto in somma abbisogna in guerra varia e lontana. Concorrevano a gara nei di lui disegni, l'autorità del Senato, gli alleati, e i La-

tinum, ei reges ultro auxilia mittendo, postremo omnis civitas summo studio adnitebatur. Itaque, ex sententia omnibus rebus paratis, compositisque, in Numidiam proficiscitur, magna spe civium; cum propter artis bonas, tum maxume quod advorsum divitias invictum animum gerebat: et avaritia magistratuum ante id tempus in Numidia nostrae opes contusae, hostiumque auctae erant.

XLIV

Sed, ubi in Africam venit, exercitus ei traditur a Sp. Albino proconsule, iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, promtior, praedator ex sociis, et ipse praeda hostium, sine imperio, et modestia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus solicitudinis, quam ex copia militum auxilii, aut bonae spei, accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam et aestivorum tempus comitiorum mora imminuerat; et, exspectatione eventus, civium animos intentos putabat; non prius bellum attingere,

tini, gli esteri Re, e Roma tutta; sforzandosi di contribuire volontariamente con quanti ajuti potevano. Ogni cosa dunque a suo piacere allestita, partivasi il Console per la Numidia: sperando i cittadini moltissimo sì nel sapere che nel di lui incorruttibile animo; virtù, agli avari suoi antecessori ignota del tutto; e quindi nella Numidia le forze nostre affievolite si erano, e le nemiche accresciutesi.

XLIV

Giunto Metello nell' Affrica, da Spurio Albino proconsole gli viene consegnato l' esercito; imbelle, infingardo, inetto a fatiche e pericoli; in parole, più assai che in fatti, valente; degli alleati predatore, de' nimici preda egli stesso; indisciplinato e sfacciato. Cotali soldati molto più angustiavano il nuovo capitano coi loro disordini, di quello che l'ajutassero o insperanzissero col numero loro. Perciò Metello, benchè la dilazion de' comizj gli avesse abbreviata la campagna, ed i cittadini gli paressero impazientemente aspettarne l' evento, riassumer non volle la guerra, se prima i

quam majorum disciplina milites laborare coëgisset. Nam Albinus, Auli fratris, exercitusque clade perculsus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis aestivorum in imperio fuit, plerumque milites in stativis castris habebat; nisi cum odos, aut pabuli egestas locum mutare subegerat. Sed neque more militari vigiliae ducebantur. Uti cuique lubebat, ab signis aberat, lixae permisti cum militibus, diu, noctuque vagabantur; et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris, et mancipiorum praedas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, et aliis talibus: praeterea, frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo, quaecumque dici, aut fingi queunt ignaviae, luxuriaeque probra, in illo exercitu cuncta fuere, et alia amplius.

XLV

Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum,

soldati non avea ricostretti nell'antica disciplina. Albino avvilitosi per la sconfitta del fratello Aulo e dell'esercito suo, stabilito aveva di non uscire della nostra provincia; e per quanto in quella state ancor tenne il comando, sempre accampato si stette, non mutando il campo se non se costretto dal fetore o dalla mancanza di pascoli. Ma poco era militare quell'attendamento: non da notturne sentinelle guardato; lecito a chiunque di abbandonar le bandiere; saccardi ai soldati frammisti, dì e notte vaganti; sparpigliati tutti quà e là, ora per devastare i campi, ora per espugnare le ville, e presi menarne a forza e servi e bestiami; quindi le rapine co' mercadanti scambiare in esteri vini o in altre simili ghiottonerie; vendere inoltre il grano ad essi distribuito, per poi di giorno in giorno il loro pane comprarsi: che più? quanti obbrobrj all'ozio e alla dissolutezza si accoppiano, tutti, oltre ogni dire ed immaginare in quel turpe esercito ritrovavansi.

XLV

Ma nel superar questi ostacoli non si mostrò meno grande e men savio Metello,

et sapientem virum fuisse comperior: tanta temperantia inter ambitionem, saevitiamque moderatum. Namque edicto primo adjumenta ignaviae sustulisse, ne quisquam in castris panem, aut quem alium cibum coctum venderet; ne lixae exercitum sequerentur; ne miles gregarius in castris, neve in agmine servum, aut jumentum haberet: ceteris arte modum statuisse: praeterea transvorsis itineribus quotidie castra movere: juxta ac si hostes adessent, vallo, atque fossa munire: vigilias crebras ponere, et eas ipse cum legatis circuire: item in agmine in primis modo, modo in postremis, saepe in medio adesse, ne quisquam ordine egrederetur: uti, cum signis frequentes incederent, miles cibum, et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando, exercitum brevi confirmavit.

XLVI

Interea Jugurtha, ubi, quae Metellus agebat, ex nunciis accepit; simul de innocentia ejus certior Romae factus, dif-

che nel far viva guerra; così ben rattemprare sepp' egli con le lusinghe il rigore. Principiò con gli editti contro ai fomenti dell'ozio: inibito il vendersi pane e vivande nel campo: ai saccardi l'accompagnarsi coll'esercito; ai semplici soldati il trarsi dietro nè cavallo nè servo. Al rimanente, con destrezza provvisto: per vie da traverso muovere giornalmente l'esercito; quindi, quasi sovrastasse il nemico, vallare il campo, e affossarlo; le spesse ascolte posatevi, visitar coi Legati egli stesso; nelle marcie, ora in testa, or in coda, or nel centro mostrarsi; affinchè rimanesse alle sue file ciascuno, affinchè ben accompagnate procedessero le insegne, ed ogni soldato l'armi sue portasse e il suo vitto. Così, antivedendo più che gastigando i disordini, riagguerriva egli in breve l'esercito.

XLVI

Da Giugurta saputosi l'operar di Metello, e già accertatosi in Roma che incorruttibile, egli era, cominciò a diffidare di se, e videsi

fidere suis rebus; ac tum demum veram deditionem facere conatus est. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi, liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello jam antea experimentis cognitum erat, genus Numidarum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum esse. Itaque legatos alium ab alio diversos aggreditur: ac paullatim tentando, postquam opportunos sibi cognovit, multa pollicendo persuadet, uti Jugurtham maxume vivum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent: ceterum palam, quae ex voluntate forent, regi nunciari jubet. Dein ipse paucis diebus intento atque infesto exercitu in Numidiam procedit: ubi, contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora, cultoresque in agris erant: ex oppidis, et mapalibus, praefecti regis obviam procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quae imperarentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa

finalmente costretto ad arrendersi davvero. Fece dunque da' suoi ambasciatori richiedere al Console grazia per se e pe' suoi figli, abbandonando ogni altra cosa ai Romani. Ma Metello, che per prova conosceva Giugurta, e quanto infidi, volubili, e cupidi di novità fossero i Numidi, presi ad uno ad uno gli ambasciatori in disparte, nè troppo ritrosi a' suoi tentativi stimandoli, con ampie promesse li trae a dargli nelle mani Giugurta; vivo, se puossi; se no, trucidato. In pubblico poi diede loro non dispiacevol risposta; imponendo, che la riferissero al Re. Indi a poco, Metello con l'esercito volonteroso e inferocito contro al nemico entrava in Numidia. Non trova egli quivi aspetto di guerra; ma pieni di gente i tugurj, agricoltori e bestiami pe' campi; ed i regj ministri, che dalle città e borghi gli si faceano incontro, offerivangli chi vettovaglie, chi carriaggi; e tutti insomma ad obbedirlo disposti. Con tutto ciò non s' inoltrava Metello con minore cautela, che se stato fossevi in armi il nemico. In ordinanza schierata veniva; vanguardie da ogni parte premettea; imposture stiman-

ostentui credere, et insidiis locum tentare. Itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat: in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus equites auxiliarios tribunis legionum, et praefectis cohortium dispertiverat: uti cum his permixti Velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. Nam in Jugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum, et militiae erat, ut, absens an praesens, pacem an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur.

XLVII

Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum; ubi et incolere, et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huc consul, simul tentandi gratia, et, si paterentur opportunitates loci, praesidium imposuit: praeterea imperavit frumentum, et alia, quae bello usui forent,

do questi atti di sommissione, e zimbello ad insidie. Il Console dunque alla testa, con l'eletta dei frombolatori ed arcieri, e colle coorti armate alla leggiera: alla retroguardia colla cavalliera Cajo Mario luogotenente: muniti ambo i fianchi cogli ausiliarj cavalli, comandati dai tribuni legionarj e dai prefetti delle coorti: frammistovi assai fanti leggieri, per respingere, da qualunque parte accostata si fosse, la cavalleria nemica. Tanta era in Giugurta e la perizia de' luoghi e la militar virtù e l'astuzia, che dubbio rimaneva se più nuocesse vicino o lontano, amico o nemico.

XLVII

Presso alla strada tenuta allor da Metello, era un borgo chiamato Vacca; piazza di commercio delle più celebri di tutta Numidia. Molti Italici in essa stanziati vi trafficavano. Il Console, per far prova degli abitanti e del luogo, posevi guarnigione: comandando che se gli somministrasse del grano e quanto era necessario alla guerra: persuaso, che

comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, et commeatum juvaturum exercitum, et jam paratis rebus munimentum fore. Inter haec negotia Jugurtha impensius modo legatos supplices mittere, pacem orare: praeter suam, liberorumque vitam, omnia Metello dedere. Quos item, uti priores, consul illectos ad proditionem domum mittebat. regi pacem, quam postulabat, neque abnuere, neque polliceri, et inter eas moras promissa legatorum exspectare.

XLVIII

Jugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit, ac suis se artibus tentari animadvertit; quippe cui verbis pax nunciabatur, ceterum re bellum asperrumum erat, urbs maxuma alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium tentati; coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Igitur, explorato hostium itinere, in spem victoriae adductus ex opportunitate loci, quam maxumas potest copias omnium generum

i molti negozianti e le adunate vettovaglie sarebbero naturalmente sostegno alle meditate sue imprese. Giugurta frattanto caldamente pel mezzo di nuovi Legati supplicava per la pace, tutto offerendo a Metello, salva la vita sua e dei figli. Ma quanti mandavane, altrettanti Metello a guisa dei primi ne seduceva, e traditori poi rimandavali: nè la richiesta pace negandogli, nè raffermandola, l'esito intanto de' promessi tradimenti aspettava.

XLVIII

Vedendo Giugurta, che ai detti del Console mal rispondevano i fatti, conobbesi preso ai proprj suoi lacci; tenuto a bada col vano nome di pace, da quel Metello che asprissima guerra in effetto facevagli. Ribellatagli una importante città; esplorato dai nemici il terreno; sedotti i suoi sudditi; ogni cosa costringendolo in somma di venirne a giornata, vi si risolve pur finalmente. Esplorato dunque il cammino del nemico, dalla opportunità del luogo egli trae la speranza di vincere. Ingrossatosi di quante

parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. Erat in ea parte Numidiae, quam Adherbal in divisione possederat, flumen oriens a meridie nomine Muthul: a quo aberat mons ferme millia passuum viginti tractu pari, vastus ab natura, et humano cultu: sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertinens, vestitus oleastro, ac myrtetis, aliisque generibus arborum, quae humi arido, atque arenoso gignuntur. Media autem planicies deserta, penuria aquae, praeter fluminis propinqua loca. ea consita arbustis, pecore atque cultoribus frequentabantur.

XLIX

Igitur in eo colle, quem transvorso itinere porrectum docuimus, Jugurtha extenuata suorum acie consedit: elephantis, et parti copiarum pedestrium Bomilcarem praefecit; eumque edocet, quae ageret: ipse propior montem cum omni equitatu, et peditibus delectis suos collocat: dein singulas turmas, et manipulos circuiens

maggiori forze gli vien fatto di raccozzare, per occulti sentieri la strada intercide all'esercito di Metello. In quella parte di Numidia già posseduta da Aderbale, un fiume chiamato Mutul, dal Mezzogiorno al Settentrione trascorre. Alla distanza di circa venti miglia da esso, innalzasi una catena paralella di monti, per natura e per mancanza di coltura deserti. Corre tra i monti ed il fiume un lunghissimo piano, anch'esso deserto, fuorchè in riva del fiume dove alcuni arbusti somministrano ombra a gregge e pastori. Dal mezzo quasi dei monti, dispiccasi e nel piano s'inoltra un altissimo colle, di olivastri vestito e di mirti, e d'altri prodotti di terra arenosa ed arsiccia.

XLIX

In questo colle, che appunto intersecava la via di Metello, ristette Giugurta, in lunga e sottile schiera ordinandovisi. Agli elefanti, e a buona parte delle fanterie prepose Bomilcare, ammaestratolo di quanto dovesse operare. Egli, co' cavalli tutti e la scelta dei fanti, stringevasi al monte. Quindi ad una ad una ogni squadra e centuria trascorrendo, esorta egli e scongiura i

monet, atque obtestatur, uti memores pristinae virtutis, et victoriae, sese, regnumque suum ab Romanorum avaritia defendant: cum his certamen fore, quos antea victos sub jugum miserint: ducem illis, non animum, mutatum: quae ab imperatore decuerint, omnia suis provisa: locum superiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum consererent. Proinde parati, intentique essent, signo dato, Romanos invadere: illum diem aut omnis labores, et victorias confirmaturum, aut maxumarum aerumnarum initium fore. Ad hoc viritim, uti quemque ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, commonefacere beneficii sui, et eum ipsum aliis ostentare: postremo, pro cujusque ingenio pollicendo, minitando, obtestando, alium alio modo excitare: cum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicatur. Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet; (nam inter virgulta equi, Numidaeque consederant, neque plane occultati humilitate arborum, et tamen incerti quidnam esset, cum natura

soldati; » Ad esser memori della lor prisca virtù, » e lui e il suo regno dalla Romana ingordigia » sottrarre. Apprestarsi essi a combattere quei » nemici medesimi già debellati poc' anzi, e » sotto il giogo mandati: cangiato a quelli il » capitano, e non l'animo. Aver egli, in quanto » a duce si aspetta, a tutto provvisto; procac» ciata loro la superiorità del luogo; dispostili » da potersi azzuffare, preparati essi con isprov» veduti, molti con pochi, agguerriti contro » inesperti. Pronti dunque ed intenti al cenno » primiero, si avventino addosso ai Romani: » sarebbe quel giorno, o d'ogni fatica l'estremo » e la conferma d'ogni vittoria, o di terribili » sventure il principio ». Divisatamente poscia a ciascuno, che già per militari imprese distinto si fosse, rammentava egli i guadagnati premj ed onori; e questi agli altri come esempj additava; secondo la diversa lor indole, qual con promesse, qual con minacce, qual con preghiere, quale altrimenti, tutti alla pugna infiammavali. Ecco frattanto Metello, che ignaro dell'aguato nemico, dal monte coll'esercito scende. Posavano gli appostati Numidi, fanti e cavalli, in mezzo ai virgulti, dalla cui picciolezza non abbastanza nascosti, male da lontano appariva quel ch' essi

loci, tum dolo ipsi, atque signa militaria, obscurati) dein, brevi cognitis insidiis, paullisper agmen constituit. Ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proxumum hostis erat, triplicibus subsidiis aciem instruxit: inter manipulos funditores, et sagittarios dispertit, equitatum omnem in cornibus locat; ac pauca pro tempore milites hortatus, aciem, sicut instruxerat, transvorsis principiis in planum deducit.

L

Sed, ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvertit, veritus ex anni tempore, et inopia aquae, ne siti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum expeditis cohortibus, et parte equitum praemisit ad flumen, uti locum castris ante caperet, existumans hostes crebro impetu, et transvorsis proeliis iter suum remoraturos, et quoniam armis diffiderent, lassitudinem et sitim militum tentaturos. Dein ipse pro re, atque loco, sicuti monte descenderat, paul-

si fossero: avendo alla natura del luogo aggiunto i Numidi l'inganno di celar le bandiere del tutto. Metello, dubbioso da prima su quell'ignoto spettacolo, conosciuto ben tosto l'aguato, fece alto. Quivi, cangiato l'ordine della battaglia, la destra come più vicina ai nemici munisce di triplicati rinforzi; frombolatori ed arcieri alle centurie frammette, collocando su l'ale i cavalli. Quindi, secondo l'opportunità, brevemente esortati i soldati, l'esercito fronteggiante dal fianco nel piano fa scendere.

L

Ma immobili vedendo egli i Numidi non disgombrar punto il colle, temenza gli entrò che per essere la stagione caldissima, la penuria dell'acqua non gli disfacesse l'esercito. Ordinò pertanto a Rutilio luogotenente di procedere con leggiere coorti e parte de' cavalli, per impadronirsi del fiume, ed accamparvisi. Credeva Metello, che con reiterati assalti lo travaglierebbero i nemici di fianco, per impedirgli o ritardargli la via; e che di lor armi diffidando, tenterebbero piuttosto per sete e fatica di spegnerlo. Passo passo frattanto, come le circostanze e il luogo richiedeano,

latim procedere : Marium post principia habere : ipse cum sinistrae alae equitibus esse , qui in agmine principes facti erant. At Jugurtha , ubi extremum agmen Metelli primos suos praetergressum videt , praesidio quasi duûm millium peditum montem occupat , qua Metellus descenderat : ne forte cedentibus adversariis receptui , ac post munimento foret : dein , repente signo dato , hostis invadit. Numidae alii postremos caedere : pars a sinistra , ac dextera tentare : infensi adesse , atque instare ; omnibus locis Romanorum ordines conturbare. quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant , ludificati incerto proelio , ipsi modo eminus sauciabantur , neque contra feriundi aut conserendi manum copia erat. Ante jam docti ab Jugurtha equites , ubicumque Romanorum turma insequi coeperat, non confertim, neque in unum sese recipiebant , sed alius alio quam maxume divorsi. ita numero priores , si a persequendo hostes deterrere nequiverant , disjectos ab tergo , aut lateribus circumveniebant: sin opportunior fugae collis , quam campi fuerant ; eo vero

i Romani nel piano inoltravansi. Mario, alla retroguardia; Metello co' cavalli all'ala sinistra, che in quell'ordine di marcia veniva ad essere fronte. Giugurta, viste appena l'ultime file Romane aver oltrepassate le prime sue, da una banda di quasi due mila fanti fece occupare la cima pur dianzi da Metello sgombrata; affinchè se i Romani eran rotti, non trovassero poi quivi scampo e difesa. Quindi repentinamente fatto suonare a battaglia, gli assalta. I Numidi, parte tagliano a pezzi la retroguardia; parte di rompere tentano a destra e sinistra; feroci per ogni lato incalzando, scompigliando ogni ordine nostro. Quegli stessi Romani, che aveano colla maggior intrepidezza affrontato il nemico, sovraffatti ora da sì strana pugna, e da lontano impiagati, trovavansi nell'impossibilità di ferire i Numidi, e di azzuffarsi con essi da presso. Se un loro stuolo stringevasi addosso ad uno stuol di Numidi, questi, addottrinati a ciò da Giugurta, non fitti ma spicciolati, chi quà chi là, dileguavansi. In tal guisa i Numidi, maggiori pur anche di numero, ove non riusciva loro d'impedire i Romani dall'incalzarli, disunivanli prima, quindi e da tergo e da fianchi gl' inviluppavano: ovvero, se più acconcio stimavano il fuggirsene all'erta, i

consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere ; nostros asperitas, et insolentia loci retinebat.

LI

Ceterum facies totius negotii varia, incerta, foeda, atque miserabilis: dispersi a suis, pars cedere, alii insequi: neque signa, neque ordines observare: ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere, ac propulsare: arma, tela, equi, viri, hostes, cives permixti: nihil consilio, neque imperio agi: fors omnia regere. Itaque multum diei processerat, cum etiam tum eventus in incerto erat. Denique omnibus labore, et aestu languidis, Metellus, ubi videt Numidas minus instare, paullatim milites in unum conducit: ordines restituit, et cohortes legionarias quatuor advorsum pedites hostium collocat. Eorum magna pars superioribus locis fessa consederat. simul orare, hortari milites, ne deficerent, neu paterentur hostes fugientis vincere: neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in

loro cavalli agili e destri facilmente fra que' virgulti sguizzavano; i nostri, non usi a cotali aspri luoghi, tardamente inseguivanli.

LI

Vario perciò, e dubbioso, era della battaglia l'aspetto; compassionevole, ed orrido: i Romani disgiunti, alcuni cedevano, altri incalzavano; agli ordini nessuno badava nè alle bandiere; ognuno facea testa là dove investito trovavasi, e respingeva il nemico. Armi, cavalli, e saette; Numidi e Romani; tutto alla rinfusa sossopra: nulla omai per consiglio, nulla per comando operarsi: ad arbitrio della sorte ogni cosa. E già buona parte del dì trapassata, incerto tuttavia l'evento pendeva. Finalmente, pel sommo calore e travaglio, illanguidita la mischia, Metello vedendo i Numidi meno incalzanti, a poco a poco le torme riordina, e con quattro legionarie coorti fa fronte ai fanti nemici, i più di essi sopra le alture omai stanchi posandosi. Metello allora esortava a vicenda e pregava i soldati: » A non si smarrire, a » non lasciarsi da fuggiaschi nemici superare: » nè campo rimaner loro, nè asilo, se vinti: » tutto nelle sole armi riposto oramai ». Ma,

armis omnia sita. Sed nec Jugurtha quidem interea quietus erat; circuire, hortari, renovare proelium, et ipse cum delectis tentare omnia: subvenire suis, hostibus dubiis instare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere.

LII

Eo modo duo imperatores summi viri, inter se certabant: ipsi pares, ceterum opibus disparibus. Nam Metello virtus militum erat, locus advorsus: Jugurthae alia omnia, praeter milites, opportuna. Denique Romani, ubi intellegunt, neque sibi profugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; (et jam diei vesper erat) advorso colle, sicuti praeceptum fuerat, evadunt. Amisso loco Numidae fusi, fugatique, pauci interiere: plerosque velocitas, et regio hostibus ignara, tutata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis, et parti copiarum pedestrium praefectum ab Jugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius praetergressus est, paullatim suos in aequum locum deducit: ac, dum legatus

nè ozioso pur rimanevasi in quel frattempo Giugurta. D'ogni intorno trascorrer vedevasi; incoraggir ciascheduno; riappiccar con gente scelta il conflitto; nulla lasciar d'intentato; soccorrere i suoi; i vacillanti nemici incalzare; lontani e in rispetto gl'intrepidi, con l'armi tenere.

LII

In tal guisa due sommi capitani, eguali in virtù non in forze, tra lor gareggiavano. Aveva Metello migliori i soldati, ma svantaggioso il terreno: a Giugurta null'altro che agguerrita gente mancava. Vedendo i Romani, che nè essi fuggire potevano, nè voleano i nemici combattere, essendo già quasi sera, a tenor del comando s'impadroniscono della sommità del colle. Allora i Numidi, perduta l'altezza, son rotti, e fugati. Pochi vi periscono, salvatisi i più per la velocità dei cavalli, e per essere ai Romani mal noto il paese. Bomilcare intanto, che, come dissi, era stato da Giugurta preposto agli elefanti ed a gran parte delle fanterie, vedutosi oltrepassare da Rutilio, a poco a poco egli pure nel piano scendeva: e mentre il luogotenente si affretta verso

ad flumen, quo praemissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat: neque remittit, quid ubique hostis ageret, explorare. Postquam Rutilium consedisse jam, et animo vacuum accepit, simulque ex Jugurthae proelio clamorem augeri, veritus, ne legatus, cognita re, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte statuerat, quo hostium itineri officeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii castra procedit.

LIII

Romani ex improviso pulveris vim magnam animadvertunt. Nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. Et primo rati humum aridam vento agitari: post, ubi aequabilem manere, et, sicut acies movebatur, magis magisque appropinquare vident; cognita re, properantes arma capiunt, ac pro castris, sicut imperabatur, consistunt. Dein, ubi propius ventum est, utrimque magno clamore concurritur. Numidae tantummodo remorati, dum in ele-

il fiume dov'era da Metello premesso, Bomilcare tacitamente, come richiedeasi, schiera le sue genti, con diligenza spiando ogni andamento de' Romani. Saputo poi, che Rutilio con tutta pace accampavasi; ed udendo egli raddoppiare le grida di donde Metello combattea con Giugurta; temè che Rutilio informato del pericolo de' suoi non si accingesse a soccorrerli. Per impedirgli il passo da prima aveva Bomilcare in ristrette file ordinato il suo esercito, nel cui valore poco fidava: ma allora, riallargate le schiere, contro il campo di Rutilio s'inoltra.

LIII

I Romani veggono all'improvviso alzarsi un grandissimo polverío; e da prima, pe' molti arboscelli, non discoprendone la cagione, lo credettero un turbine di vento: ma poi vedendolo durare e veleggiare ordinatamente contr' essi, accortisi di un progrediente esercito, si affrettano all'armi, e davanti al vallo, come impon loro Rutilio, si schierano. Avvicinatisi poi, con alte strida si avventa l'un esercito all'altro. Fecero fronte i Numidi finchè sperarono negli elefanti: ma per gl'intricati rami

phantis auxilium putant; postquam eos impeditos ramis arborum, atque ita disjectos circumveniri vident, fugam faciunt: ac plerique, abjectis armis, collis, aut noctis, quae jam aderat, auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor capti, reliqui omnes numero quadraginta interfecti. At Romani quamquam itinere, atque opere castrorum, et praelio fessi, lassique erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi, intentique obviam procedunt. Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi patiebatur. Ac primo obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu, veluti hostes adventarent, alteri apud alteros formidinem simul et tumultum facere: et paene imprudentia admissum facinus miserabile, ni utrimque praemissi equites rem exploravissent. Igitur pro metu repente gaudium exortum. milites alius alium laeti appellant, acta edocent, atque audiunt: sua quisque fortia facta ad coelum fert. Quippe res humanae ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet: advorsae res etiam bonos detrectant.

vedendoseli inutili, e trovandosi essi fra lor disgregati e tolti già già in mezzo dai Romani, sen fuggono. Molti, gittate l'armi, dalla ripidezza del colle, o dalle sovrastanti tenebre ottenevano sicuro scampo. Degli elefanti, quattro soli fur presi; uccisi, quaranta. L'esercito di Rutilio, benchè rifinito dalla lunga marcia, dall'aver trinceato il campo, e dalla faticosa battaglia, allegravasi pure del felice successo. Ma vedendo poi, che Metello co' suoi oltre il dovere indugiava, Rutilio ben ordinato e guardingo, perchè le fraudi Numidiche non permettevano indisciplina nè trascuraggine, avviavasi per riscontrarlo. E già si appressavan fra loro, quando in piena notte oscurissima, credendosi per l'udito strepito a vicenda nemici, timore e scompiglio l' un l' altro si arrecano: talchè, se alcune vanguardie di cavalli non ischiarivano ad ambe le parti il sospetto, un deplorabile e sanguinoso errore per inavvertenza seguiva. Riconosciutisi dunque i due eserciti Romani, una repentina allegrezza s'innalza: i soldati l'un l'altro lietamente si appellano: si raccontano l'un l'altro le lor forti imprese, al ciel sublimandole. Che tale è pur l' uomo: nelle vittorie, i codardi l'altrui gloria si usurpano; delle sconfitte l' infamia, anco ai valenti si aspetta.

LIV

Metellus in isdem castris quatriduo moratus, saucios cum cura reficit; meritos in proeliis more militiae donat, universos in concione laudat, atque agit gratias: hortatur, ad cetera, quae levia sunt, parem animum gerant: pro victoria satis jam pugnatum, reliquos labores pro praeda fore. Tamen interim transfugas, et alios opportunos, Jugurtha ubi gentium, aut quid agitaret, cum paucisne esset, an exercitum haberet, uti sese victus gereret, exploratum misit. At ille sese in loca saltuosa, et natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, sed hebetem, infirmumque, agri ac pecoris magis, quam belli, cultorem. Id ea gratia eveniebat, quod praeter equites regios nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur. quo cujusque animus fert, eo discedunt. neque id flagitium militiae ducitur: ita se mores habent. Igitur Metellus, ubi videt etiam tum regis

LIV

Quattro giorni stette Metello sul campo di battaglia, i feriti sollecitamente curando, i distinti combattitori militarmente regalando; e tutti poscia in ringhiera lodandoli, ringraziandoli, incoraggendoli: » A compiere con » egual valore il rimanente, ch' era il meno; » e tollerare l' ultime fatiche, non per la vit» toria, oramai già perfetta, ma per la preda ». Faceva intanto esplorare da' disertori e da altri, dove fosse Giugurta; qual disegno s' avesse; se pochi soldati serbasse, o un esercito; e se in somma si tenesse per vinto. Erasi egli ricovrato in luoghi boscosi e scoscesi; e quivi stava adunando un esercito numerosissimo, ma di rozza gente, non agguerrita, e più atta alla marra che all' armi. A ciò riducevalo l' usanza de' Numidi, che nella fuga tutti abbandonano il Re, fuorchè le guardie reali: gli altri, ciascuno a sua voglia, si sbandano; il che a militare infamia fra lor non si ascrive. Poichè Metello vide il Re ostinarsi, benchè sconfitto, alla

animum ferocem esse; bellum renovari, quod nisi ex illius lubidine geri non posset: praeterea iniquum certamen sibi cum hostibus; minore detrimento illos vinci, quam suos vincere: statuit non proeliis, neque acie, sed alio more bellum gerundum. Itaque in loca Numidiae opulentissima pergit: agros vastat: multa castella, et oppida, temere munita, aut sine praesidio, capit, inceditque: puberes interfici jubet, alia omnia militum praeda esse. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obsides: frumentum, et alia, quae usui forent, affatim praebita: ubicunque res postulabat, praesidium impositum. Quae negotia multo magis, quam proelium male pugnatum ab suis, regem terrebant. Quippe cujus spes omnis in fuga sita erat, sequi cogebatur; et qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere. Tamen ex inopia, quod optimum videbatur, consilium capit: exercitum plerumque in isdem locis opperiri jubet: ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur: nocturnis et aviis itineribus ignoratus, Romanos

guerra; e che maneggiarla era forza ad arbitrio di lui; ed inoltre, che non era vantaggio il combatterlo, maggior danno ai vincitori che ai vinti tornandone; non più con battaglie o scaramucce, ma in altro modo oramai stabilì di condur quella guerra. Egli pertanto trascorre i più ricchi luoghi della Numidia, guastando e predando; molte castella e borghi in fretta fortificati o di truppe sguarniti, pigliando e incendiando; uccidendo i fanciulli, e tutto abbandonando alla militar cupidigia. Tanto era quindi il terror fra i Numidi, che ostaggi, vettovaglie, e quanto bisognava a Metello, ciascuno affrettavasi di recargli in gran copia. Egli, là dove occorreva, presidj lasciava. Queste spedizioni sgomentavano Giugurta assai più che le perdute battaglie: come quegli che, uso a riporre la salvezza sua nel farsi inseguire, costretto or vedevasi ad inseguire egli stesso: e non avendo potuto difendere i posti opportuni, doveva negli svantaggiosi combattere. Per necessità egli dunque si appiglia al partito che pareagli migliore. Al grosso dell'esercito impone che in un dato luogo lo aspetti: egli con l'eletta de' cavalli si pone frattanto ad incalzare Metello. Di notte, per traviati sentieri, non sospettandone i Romani, repentinamente ne assal-

palantis repente aggreditur. Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus profugit: et Numidae, prius quam ex castris subveniretur, sicuti jussi erant, in proxumos collis discedunt.

LV

Interim Romae gaudium ingens ortum cognitis Metelli rebus: uti seque, et exercitum more majorum gereret; in adverso loco victor tamen virtute fuisset: hostium agro potiretur; Jugurtham, magnificum ex Auli socordia, spem salutis in solitudine, aut fuga coëgisset habere. Itaque senatus, ob ea feliciter acta, diis immortalibus supplicia decernere: civitas trepida antea, et solicita de belli eventu, laeta agere: de Metello fama praeclara esse. Igitur eo intentior ad victoriam niti: omnibus modis festinare: cavere tamen, necubi hosti opportunus fieret: meminisse post gloriam invidiam sequi. Ita, quo clarior, eo magis anxius erat: neque post

ta uno stuolo. Sovrappresi questi in disordine, i più cadono inermi; molti ne son presi, nessuno interamente illeso ne scampa: ed i Numidi, prima che giungesse ai Romani soccorso dal campo, già s'erano, secondo l'avuto comando, ritratti nei prossimi colli.

LV

Roma intanto festeggiava altàmente le vittorie di Metello: lui celebravano tutti, come quello che se e l'esercito suo governava all'antica; che gli ostacoli del luogo saputi avea superar col valore; impadronirsi del campo nemico; e Giugurta, cui la imperizia d'Aulo innalzava, costringere a procacciarsi colla fuga ne'boschi salvezza. Per questi felici avvenimenti decretava dunque il Senato ringraziamenti agli Dei: Roma, poc'anzi dubbia e sollecita dell'esito della guerra, tornavasi lieta: in luminosissima fama saliva Metello. Egli pertanto vieppiù indefessamente ad allargar la vittoria in ogni modo affrettavasi; ma badando pur sempre a non dar campo al nemico di nuocergli; memore, che alla gloria tien dietro l'invidia. Quanto più celebre, tanto quindi più cauto

insidias Jugurthae effuso exercitu praedari. ubi frumento, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu praesidium agitabant: exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat. Sed igni magis, quam praeda, ager vastabatur. Duobus locis haud longe inter se castra faciebant. Ubi vi opus erat, cuncti aderant: ceterum, quo fuga, atque formido latius cresceret, divorsi agebant. Eo tempore Jugurtha per collis sequi: tempus, aut locum pugnae quaerere: qua venturum hostem audierat, pabulum, et aquarum fontis, quorum penuria erat, corrumpere: modo se Metello, interdum Mario ostendere; postremos in agmine tentare, ac statim in collis regredi: rursus aliis, post aliis minitari: neque praelium facere, neque otium pati, tantummodo hostem ab incoepto retinere.

LVI

Romanus imperator ubi se dolis fatigari videt; neque ab hoste copiam pugnandi

e dubbioso, dopo le insidie di Giugurta più non permetteva ai soldati di sbandarsi a predare: se di grano abbisognava o di strame, le coorti afforzate da tutta la cavalleria faceano la scorta: dell'esercito conduceva egli stesso una parte; Mario il rimanente: e più a fuoco che a sacco mandavano il paese nemico. In due luoghi diversi, ma l'un l'altro vicini, accampavansi: ove era d'uopo la forza, tosto si univano; ma per ispandere più largo terrore e vieppiù ampliare la fuga, separati si stavano. Giugurta di colle in colle andava inseguendoli, cercando opportunità di battaglia. Dove sovrastava il nemico, guastavansi i pascoli, e le fonti già per natura scarsissime. Or sopra Metello appariva Giugurta, or sopra Mario: la retroguardia lor molestava, poi tosto all'alture ritraevasi: e di nuovo quindi ora questo minacciando ed or quello, nè a giornata veniva, nè ozioso rimaneasi: ai Romani bensì ogni disegno rompeva.

LVI

Vedendosi il Console con tanti inganni straziato l'esercito, senza speranza che il ne-

fieri: urbem magnam, et in eâ parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit oppugnare; ratus id, quod negotium poscebat, Jugurtham laborantibus suis auxilio venturum, ibique proelium fore. At ille, quae parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit: oppidanos hortatur, moenia defendant, additis auxilio perfugis: quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibat, firmissumum erat. praeterea pollicetur, in tempore semet cum exercitu affore. Ita compositis rebus, in loca quam maxume occulta discedit; ac paullo post cognoscit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam missum: quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit, et jam egredientibus Romanis in porta pugnam facit; simul magna voce Siccenses hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis praeclari facinoris casum dare: si id fecerint; postea sese in regno, illos in libertate sine metu aetatem acturos. ac ni Marius signa inferre, atque evadere oppido properavis-

mico accettasse battaglia, fermò di assalir Zama, ampia città, che per la situazione sua stimavasi chiave del regno: credendo, che necessariamente Giugurta costretto a soccorrere gli assediati, lo impegnerebbe egli in tal modo a combattere. Ma, istrutto il Re di tal mira dai disertori, a gran giornate antiviene Metello; i cittadini di Zama a valentemente difendersi esorta, il lor presidio afforzando con disertori Romani; gente, che non potendo addoppiare il tradimento oramai, mostravansi fra le regie truppe coraggiosissimi. Promette inoltre, che giungerà egli in tempo coll'esercito suo per liberarli. Ordinate in tal guisa le cose, per occultissime vie ripartiva. Ma, poco dopo, venutogli a notizia che Mario con alcune coorti era stato spedito per aver grani in Sicca, la prima città da lui ribellatasi dopo l'avuta sconfitta, Giugurta con cavalli scelti vi si conduce di notte; e trovando i Romani in procinto di uscire di Sicca, gli assalta. Grida ai Siccesi ad un tempo: » D'investir le coorti » alle spalle: la fortuna a sì chiara impresa » mostrarsi propizia: ove ciò loro riesca, con» serverà egli il regno, essi la libertà e sicu» rezza, per sempre ». E se Mario in massima fretta, spingendo innanzi le insegne, co' suoi

set, profecto cuncti, aut magna pars Siccensium, fidem mutavisset. Tanta mobilitate sese Numidae gerunt. Sed milites Jugurthini paullisper ab rege sustentati, postquam majore vi hostes urgent, paucis amissis profugi discedunt.

LVII

Marius ad Zamam pervenit. id oppidum in campo situm, magis opere, quam natura munitum erat, nullius idoneae rei egens, armis virisque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco paratis rebus, cuncta moenia exercitu circumvenit: legatis imperat, ubi quisque curaret. Dein, signo dato, undique simul clamor ingens oritur. neque ea res Numidas terret: infensi intentique sine tumultu manent: proelium incipitur. Romani pro ingenio quisque, pars eminus, glande, aut lapidibus pugnare: evadere alii, alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi; cupere proelium manibus facere. Contra ea oppidani in proxumos saxa volvere; su-

non scagliavasi fuor delle porte, forse i Siccesi tutti, od i più, di bel nuovo cangiavan signore: volubili tanto i Numidi. Ma i soldati di Giugurta, alqpanto da lui spalleggiati, vedendosi pure da eccedenti forze incalzare, con perdita di pochi sen fuggono.

LVII

Pervenne Mario a Zama. Questa città giace in piano; più fortificata dall'arte che dalla natura; e ben provveduta allora d'armi, di gente, e di ogni cosa opportuna. Metello dunque, secondo le circostanze ed il luogo, apparecchiatosi ad assalirla, cinge per ogni intorno d'armati le mura; ai luogotenenti assegnando i lor posti, su cui vegliasse ciascuno. Dato quindi il segno, clamorosissime grida per ogni parte s'innalzano a un tratto. Non s'inviliscono perciò gli assediati, ma in buon ordine, intrepidi la fronte mostrando, incominciasi la battaglia. I Romani, ciascuno secondo ch'ei vale, a frombolar da lontano, a fuggire, a sottentrarsi l'un l'altro si danno: chi le radici scava del muro, chi con le scale lo investe: di venirne strettamente alle mani avvampano tutti. In lor difesa

des, pila, praeterea pice et sulphure taedam mistam ardenti mittere. Sed ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis muniverat. Nam plerosque jacula, tormentis, aut manu emissa, vulnerabant: parique periculo, sed fama impari, boni atque ignavi erant.

LVIII

Dum apud Zamam sic certatur, Jugurtha ex improviso castra hostium cum magna manu invadit: remissis, qui in praesidio erant, et omnia magis, quam proelium, exspectantibus, portam irrumpit. At nostri, repentino metu perculsi, sibi quisque pro moribus consulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars vulnerati, aut occisi. Ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta memores nominis Romani, grege facto locum capere paullo, quam alii, editiorem: neque inde maxuma vi depelli quiverunt: sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus frustrari: sin Numidae

i Numidi su i più vicini rotolano sassi; contro ai lontani scagliano e pali, e lanciotti, e fiaccole di zolfo e di pece infiammate. Onde neppure ai fuggiti bastante scudo riusciva il timore, feriti molti trovandosi dai ferri con mano o con macchine a loro avventati. Così pe' codardi e pe' prodi era pari il pericolo, ma non la gloria era pari.

LVIII

Mentre in tal modo sotto le mura di Zama combattesi, Giugurta con forte stuolo improvvisamente assalta gli alloggiamenti Romani, i di cui difensori sbadatamente standosi, a tutt'altro che a pugna preparati, proruppe il Numida nel campo. Dal repentino impeto attoniti i nostri, seguitando ciascuno la sua indole, i vili alla fuga, i coraggiosi all'armi han ricorso: ma i più vi rimangono o feriti od uccisi. Di così gran moltitudine, soli quaranta memori del nome Romano, ristrettisi insieme, occupavano una piccola altura, da cui forza alcuna non valse a cacciarli. I dardi da lontano ricevuti, con meglio accertati colpi rilanciati erano da que' pochi su i molti: ma, se i Numidi più dappresso combattendo stringe-

propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere, et eos maxuma vi caedere, fundere, atque fugare. Interim Metellus, cum acerrume rem gereret, clamorem et tumultum hostilem a tergo accepit: dein, converso equo, animadvortit fugam ad se vorsum fieri. quae res indicabat popularis esse. Igitur equitatum omnem ad castra propere mittit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum, eumque lacrumans per amicitiam, perque rempublicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hostes inultos abire sinat. ille brevi mandata efficit. At Jugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii super vallum praecipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent, multis amissis in loca munita sese recipit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revortitur.